Eiectione homis de padiso z de romphea ignea

arborum apud Seres cuius esu prelata
vita. Etiam Alexander scripsit in epistola
quam Aristoteli direxit magistro suo
de sacerdotibus solis et lune quod esu
pomorum longissimam agant vitam.
Et sed dixerat emisit eum deus de
paradiso voluptatis ut operaretur
terram de qua sumptus est in agrum
scilicet Damascenum unde sumptus
fuerat. In quo Caym Abel fratrem
occidit. Iuxta quem Adam et Eva
sepulti sunt in spelunca duplici.
Et collocavit ante paradisum vo
luptatis cherubim et flammeum
gladium atque versatilem ut ange
lus arceret demonem, ignis hominem
vel ministerio angelorum posuit
ignem ibi qui intercluderet paradisi
ingressum. Et eum nomine gladii
nominavit. Versatilis dicitur vel quia vi
brans secantes quia pena fuit homi
ni utriusque sui parte puniti. Vel dictus
est versatilis id est aptus ad versan
dum vel ad tollendum cum deus vellet.
Ablatus enim fuit ad tempus in
temporibus Helye et Enoch penitus
tamen non donec in morte Christi
fuit extinctus. Si queritur quid co
fuerat ignis ille, potest dici quod
quedam species ignis est, sicut in vita
beati Nicolai legitur cum si manum
adhiberes et eadem sentires sed non
pateretur adustionem nec egeret
materia qua consumat et talis erit
spiritum. Item si queritur quare deus
permiserit hominem temptari cum sciret
lapsurum et de multis in hunc modum
dicimus quantum ad primus opus
attinet, quia sic voluit. Si queratur
quare voluit, insipida est questio
querere causam divine voluntatis
cum ipsa sit summa causa omnium cau
sarum.

De generationibus Ade

Adam cognovit uxorem
suam filiis non in paradiso sed
iam reus et eiectus. Transit le
gislator generationes Ade transit
festinans ad tempus Abrahe preter
hebreorum et plures subticet Ade fi
lios et filias. Sed Methodius mar
tir dum esset in carcere revelatum est
ei a spiritu de principio et fine mun
di quod et oravit et scriptum licet
Scriptura reliquit dicens quod virgi
nes egressi sunt de paradiso. Et
anno vite Adam quintodecimo
natus est ei Chaym et soror eius
Calmana. Et si enim Adam factus
est quasi in etate triginta annorum tamen
fuit unius diei et anni et post duos
annorum et [illegible]. Et
potuit autem Chaym multos genu
isse qui tacentur esse. Post autem
annos natus est ei Abel et
soror eius Delbora. Anno vite
Adam centesimo tricesimo Caym
occidit Abel et luxerunt eum
Adam et Eva centum annis. Locus
in quo luxerunt eum vallis lacrimarum
dicitur iuxta Hebron. Deinde natus
est ei Seth tricesimo anno prime
chiliadis in prima etate. Ubi mille
anni chilias mille annorum est in
Affirmat enim Methodius secta se
cula per ducentos annos. Ade
et locat sextum unam chiliadem
et in hoc consonant Septuaginta qui dicunt
Adam ducentorum triginta annorum
esse cum genuit Seth sed tamen secundum Hebreos
est centum triginta. Sed redeamus
ad litteram Genesis. Concepit Eva
et peperit Caym qui interpretatur
possessio. Rursumque peperit Abel
qui sonat luctus ut vapor
quia cito transiturum tamen prefiguratum
fuit quod de ipso futurum erat. Ut
fratrum Iosephus interpretatur nichil
quod non reliquit semen super
terram. Abel fuit pastor et Caym
agricola. Cum enim esset malitiosissimus
ut et consuleret avaritie sue terram
primus coluit.

De oblationibus fratrum

Post multos dies obtulerunt
deo munera Caym de frugibus
vel fructibus, Abel fratris. Iosephus di
cit lac et primogenita agnorum. Moyses
ait de adipibus eorum id est de pin
guioribus gregis etiam obtulit.
Creditur Adam in spiritu docuisse
filios ut deo offerrent decimas
et primitias. Et respexit deus
ad Abel et ad munera eius, ad
Caym vero et ad munera eius
non respexit id est quasi placuit

deo abel et ipso placuit obla
to eius / quod quo cognitum
fuit alia translacio asserit inflam
mauit deus super abel et super
munera eius / ignis enim de
celo oblacionem eius incendit ut
legitur factum / helie in carmelo
et in leuitico sic ymmo sepe munera
non examinata hominis nata deo
non placuerunt / iratusque est Caym
et concidit uultus eius pre
verecundia maiorem sibi placitum
videns / increpans ergo dominus Caym
ait / quare iratus es et cur con
cidit facies tua / nonne si bene egeris recipias pre
mium scilicet a me / Vel recipies
posuit theodotius acceptabile
erit munus tuum / Si autem male
statim peccatum in foribus aderit
id est in voluntate propria designatur
et adopus / Sed tamen quia liberi ar
bitrii es sub te id est in potestate tua
erit appetitus eius scilicet peccati
et tu dominaberis illius si vo
lueris / Alia translacio habet / quare
concidit vultus tuus / nonne si
recte offeras non autem recte di
uidas peccasti / Et quiesce ad te
conuersio eius erit et tu si vis
dominaberis illius / Recta recte ob
tuleat deo sed non recte diuiserat
quia caturas cultori se qui meliorem
est oblatione obtulit dyabolo
Vel non recte diuisit / quia meliora
sibi retinuit / Ypocritas illos arguitur
et cetera sectis via deo obtulit
Tinuidens de morte abel
itaque Caym fratri suo dixit
ad eum egrediamur foras Vel ut ipse
amus in campum / Et secundum quosdam
superflue in Samaritano et libris
et minorum reperitur / Non enim legitur
quid dixit ad eum sed intelligendum
est quod dixit ei verba domini increpan
tis scilicet / Et consurrexit aduersus
abel et interfecit eum / Et ait
dominus ad eum / Ubi est abel fr
ater tuus / Non ignorando sed ut re
pitendo incrassans fratricidium
Qui cum vellet stultitiam fin
gere dixit deus / Vox sanguinis

fratris tui clamat ad me de terra id est
notorium est quod fecisti quia effusio sangui
nis hoc indicat / Non eget accusato
re quod remedium est inde est quia in celum
quo peccatum mors est etiam si nemo
accuset quod profusione sanguinis
in sacro loco suscepti fuerit in causa
quia sanguinis clamat / Quod si negaverit
iudicio dei sanguis in euntem / Nunc
ergo maledictus eris super terram va
gus et profugus / Maledicto iste male
dicitur / Nam non adam sed in ipsa persona
quia sciens iste pena prime preuarica
tionis tamen fratricidium addidit
Timens ergo Caym ne vel bestie
eum deuorarent si esset solus absorbue
vel si manet cum eis propter peccatum suo
occident eum dampnantes se et de
sperans ait / Maior est iniquitas
mea quam ut veniam merear quasi
dicat maior est iniquitas mea quam
sit id quo veniam merear quasi maior
est iniquitas mea omni merito / Omnis
qui invenit me occidet me / Certi
more hoc dixit vel optando dixit
quasi utinam occidat me / Dixitque
ei dominus / Nequaquam ita fiet / Non ita
scilicet morieris / Sed omnis qui occiderit
Caym supplendum est liberabit eum
a labore et miseria / Et tunc addit
in personaliter septuplum punietur id est
punicio fiet de eo dum uiuit in
pena usque ad septimum lamech quod
consonat translacioni lxx^ta Omnis
qui occidit Caym septem vindictas
exsoluet / Tradunt quidam penam
eius durasse usque ad septimam ge
neracionem quia septem peccata commisit
Non recte diuisit / fratri inuidit
dolose egit vocans in agrum / occidit
fratrem negauit / desperatus non
dampnatus penam egit / Vel omnis
qui occidit Caym septuplum
punietur id est plus quam ipse Caym pro pro
hibicione homicidii que non du
fuerat Caym / Et posuit deus signum
in Caym hoc modo capitis ut sic sa
ret punitus a deo et excommuni
catus et indignus misericordia non interfi
ceret / Tunc egressus a facie domini

z accidit

de morte Abel

Caym vii peccata

habitauit ad orientalem plagam
eden .i. deliciarum non in delicijs sed
usus terram deliciarum. Josephus
ait peragrans multam terram cum
vxore sua talmana collocatus
est in loco qui naida appellatur
quo et ei filij nati sunt. Secundum
hieronymum dicit. Nod est terra naida ut mul
tis tamen putatur. Sed habitauit in
terra nod .i. instabilis et vagus
quod sonat nod. Et dicitur Cayn nod

De generacionibus Cayn

Cognouit
Cayn vxorem suam que peperit
Enoch. Et fecit ciuitatem et vocauit
eam cognomine filij sui Enoch. Hic
patet quod multi erant homines et si non
dicantur eorum generacio quos conuocauit
Cayn ad vrbem quorum auxilio
eam fecit. Et ait Josephus quod ra
pinis et violencia opes congregans
suos ad latrocinia inuitabat. Et
simplicitatem vite hominum ad mensuras
et pondera inuencionem permutat
et ad calliditatem et corrupcionem pro
duxit. Terminos terre primus posuit
Ciuitates muratas et timens quos
lederat obsecularitatem suos in vrbi
bus collegit. Porro Enoch ge
nuit Irat qui Mauiael qui Ma
tusael qui Lamech qui septimus
ab Adam et pessimus qui primus
bigamiam introduxit. Et adul
terium fecit contra legem nature et dei
decretum sed primus contra canone vnica
vnico facta est mulier. Et deus post
ade decreuerat. Erunt duo in car
ne vna. Et accepit duas vxo
res Adam et Sellam. Genuitque
Ada Jabel qui adinuenit por
tatilia pastorum .i. temptoria
ad mutanda pascua et greges
ordinauit. Et caracteribus distinxit
Separauitque greges secundum qualitatem gre
ges ouium a gregibus edorum
et secundum qualitatem ut vnius coloris
agrege per se essent vellerum et secundum
etatem ut et anniculas a ma
turioribus et commissuras certis
temporibus faceret. Insuper scripsit
nomine fratris eius iubal pr
canencium in cythara et organo
non instrumentorum quidem que longe
post inuenta sunt sed inuentor
fuit musice .i. consonanciarum ut
labor pastoralis quasi in delicijs
verteretur. Et quia audierat Adam
prophetasse de duobus iudicijs ne
perirent artes inuenta scripsit eas
in duabus columpnis marmoribus totas
vna marmorea altera lateritia
quarum altera non diluetur dilu
uio altera non soluetur incendio
marmoream dicit Josephus adhuc
esse in terra Syria. Sella genuit
tubalcayn qui ferrariam artem
primus inuenit res bellicas
decenter exercuit sculpturas operum
in metallis in libidine oculorum
fabricauit. Quo fabricante Jubal
de quo dictum est sono malleorum
delectatus ex ponderibus eorum
proporciones et consonancias que
ex eis nascuntur excogitauit. Quam
inuencionem Greci Pictagore attri
buunt fabulose. Sic Jubal
ex sono malleorum consonancias
sic (?) opere fructum excogitauit
operari in metallis. Cum enim sti
tes incendisset in pascuis vene
metallorum fluxerunt in riuulos
et sublata carne figuras locorum
in quibus iacuerant referebant.
Soror vero tubalcayn Noema
que inuenit artem varie texture.
Lamech secundum Josephum res di
uinas sapiens sciens vindictam
Cayn commissi pene secundum etate (?)
sibi vero deberi maiorem penam
predixit. Et ait mulieribus suis Sic
etiam occidi virum in vulnus me
um et adolescentem in liuorem
meum septuplum dabitur vlcio
de Cayn de Lamech vero septuagies
septies. Lamech vir sagi
ttarius diu viuendo caliginem
oculorum incurrit et habens adolescen
tem ducem dum exerceret venacionem
pro delectacione et vsu pellium quia
non erat vsus carnium ante dilu
uium casu interfecit Cayn inter
fructeta latitantem estimans
feram quem quia adolescens (?)
inueniens dirigens sagittam

interfecit iratus illi cum arcu vulne-
ravit eum ad mortem. Occidit ergo
Cayn virum adolescentem livore
vulneris sui. vel utrumque occiderat
in vulnus et livore suum vel in cogn-
natione sua. Et ideo cum peccatum Cayn
punitum esset septuplum ut diximus
suum punitum est septuagesies sep-
ties id est septuaginta anime et septem
egresse de Lamech in diluvio pe-
rierunt. Vel hic in uno maioritate pe-
ne notat hebreus. Ita mulieres
sue male tractabant eum. Unde ipse
iratus dicebat eis se pati hoc
propter homicidio quod egerat. In-
crepabat eas subdendo penam
quasi diceret. Quare vultis me inter-
ficere? Gravius punietur qui me
interficeret quam qui Cayn. De Seth

Seth et eius generatione

Cognovit et eius generatione
quoque Adam adhuc uxorem suam
que peperit filium et vocavit eum
Seth. Dicit Strabus post mortem
Abel vovisse Adam non velle se
cogniturum uxorem sed deo iubente
per angelum fregit votum ut dei
filius de eo nasceretur. Tamen Io-
sephus dicit quod Abel occiso et Cayn
fugato Adam de procreatione filiorum
cogitabat et vehementer cum genera-
tionis amor urgebat. Hanc per
cogitationem propagationis potuit
vocare Strabus preceptum domini
quod iusserat Crescite et multiplicamini.
Sed et Seth filius natus est qui
vocavit Enos quod sonat homo
vel vir quia racionalis et fortis. Iste
cepit invocare nomen domini. Forte
invenit verba deprecatoria ad
invocandum deum. Vel ut plerique hebre-
orum arbitrantur quod ymagines ad
honorem dei excogitavit et erravit
vel forte ad excitandum pigritiam
memorie dei deum effigiavit. Ut
et modo fit. Legitur Adam xxx^ta ha-
buisse filios et totidem filias preter
Cayn et Abel. Epilogum interserit

logum interserit repeticio histo-rie

repeticio historie et
Hic est liber generationis Ade
Repetit de generatione Ade ut in
texat ordine genealogiam. Perfecte
Quidam ab Adam capiunt primam
etatem. alii a Seth quibus consentit Me-
thodius. quod adeo dicit quod de Abel nullus
natus est et generatio Cayn tota periit
in diluvio. Vixit autem Adam centum
triginta annis et genuit Seth ad
ymaginem et similitudinem suam. Ipse
ad ymaginem dei reliqui ad ymaginem
eius. Quod fere vel forte Moyses celat
annos luctus Ade pertransiit quia ut
dicit Methodius lxx^ta et Methodius et Io-
sephus dicunt centum triginta annorum
eum fuisse scribunt cum genuit Seth.
Iste genuit Enos qui Caynan
qui Malaleel qui Iareth qui
Enoch. Enoch quasdam litteras invenit
et quosdam libros scripsit. Sub quo Adam
... mortuus est. Tercius Matusalam
qui Lamech qui Noe. Sicut ergo
in generatione Cayn septimus pessimus
fuit Lamech ita in generatione prior
Seth septimus fuit optimus scilicet
Enoch. Et transtulit illum deus in para-
disum voluptatis ad tempus ut in
fine temporum cum Elya convertat corda
patrum in filios. Iudei tamen causam
translationis huius potius attribuunt
septenario quam sanctitati eius quia
plures leguntur eo sanctiores quorum
nullus translatus est. Sanctum enim aiunt
deum omnia sub septenario disposuisse
quod tu dicunt eum septem celos creasse
et cuique nomen suum datum et septem
terras quas David fundamenta
mundi sonat. De annis Matu-
sale diverse sunt opiniones secundum compu-
tationem lxx^ta vixit xiiii annos
post diluvium sed non legitur fuisse
in archa nec translatus ut Enoch.
Quidam dicunt quod mortuus fuit
cum diluvio septem annis. Ieronimus
asserit quod eodem anno quo fuit di-
luvium quod tu diligens computatio
eius annorum secundum Genesim mani-
festat. Tamen omnes in uno an-
norum vite eius conveniunt quia
vixit annis nongentis lx^ta ix.
Tunc porro Noe fuit decimus
ab Adam in qua prima etas termi-
nata est. Ita quod et ipse in ea fuit.
Huius etatis annos lxx^ta po-

nut duo milia ducētos ⁊ sex m̄
Jeronimus nō plene duo milia. Me
thodius duo milia. Ipe tn̄ p̄ chili
ades secula disponit nō apponit
annos si supfuit. ⁊ io nichil ita
d᷑ in annorū reddidit. De causis
diluvij
Noe vero cū quīgen-
torū eēt annorū genuit sem
cham ⁊ iapheth. Moyses dictus
de diluuio p̄misit causā eius
dicens. Cū cepisset homines mul
tiplicari sup̄ terrā videntes filij
dei .i. filij seth religiosi filias ho
minū .i. de stirpe Caym et mali
cōcupiscentes acceperunt eas uxores
⁊ nati sunt inde gigantes. Sed
quid cū hoc factū fuit verū seu
noe vel añ vel medio vel post
añ nō determinat. Josephus autē
dicit q̄ usq̄ ad septimā gnācōnē
boni p̄manserūt filij seth post
ad mala cōuersi sunt recedentes
a sollempnitatibꝫ patrꝫ et obli
deū totū se irritauerunt. Plura mlti
angli cū mulieribus coeuntes
iniuriosos filios genuerūt q̄
ppt̄ cōfidenciā fortitudinis agere
us gigantes dicti sunt. Methodius
tam̄ diluuij hominū sēz p̄ta diffu
sius exequitur dicens q̄ quingentesi
mo anno p̄me chiliadis filij Caym
abutebantur uxoribus fratrū su
orū nimijs fornicacionibꝫ. Secen
tesimo anno mulieres in vesaniā
uerse sup̄ gressē viros utebantur. Et
mortuo adam seth separauit cog
nacione sua a cognacione Caym
qui redierant ad natale solum
ita ⁊ pr̄ vivens phibuerat ne
miscerent. ⁊ habitavit seth in
hebron vel in quodam monte pro
ximo paradiso. Caym aūt habi
tauit in campo vbi fratrem occi
dedit. Quingentesimo anno
sedē chiliadis exarserūt homines
in alterutrū coeuntes. Septingente
simo anno sedē chiliadis filij
seth cōcupierūt filias Caym
et orti sunt gigantes et incep
ta tria chiliade inundavit di
luuium sic ordinat methodius.

potuit autē esse ut incubi demo
nes genuerunt gigantes a magni
tudine corporū sic dictos demo
nes agentes q̄ terra sicut in maniti
corporis respondebat immanitas
animorū. Post diluuium tn̄ na
ti sunt alij gigantes in embron
⁊ post fuerunt in tham civitate
egipti. Aqua ⁊ thitanes dicti
sunt. De quorū stirpe fuit enachim
cuius filij habitaverunt in ebron
de stirpe Goliath ortus ē ⁊ quidā
alij. Iratus itaq̄ deus peccatis
hominū dixit. Penitet me fecisse
hominem q̄si faciat q̄d solet homo
facere penitens operis sui. Delebit
enim q̄d fecerat. Et ē sensus de
lebo hominem quē feceram. Non
enim p̄manebit spūs meus
id ē ira mea vel indignacio mea
in homine in eternū quia caro est
q̄si nō puniam eū eternaliter ut
diabolum q̄z fragilis ē sz hic reddā
q̄d meret. Et tn̄ prius q̄m disp
dam eū dabo ei penitudinis spaci
si voluit. Eruntq̄ dies illius
ad penitendū sz centū xx annorū.
Non enim intelligendū ē de spacio
hominis si dedit indignacione
Nec ē iste terminus humane vite
p̄ diluuium in quo nemo homo
amplius vixisse. Et dixit dns
hec ante annos xxti quam inciperet
archa fieri ut dicit Jeronimus q̄ sicā
legerit centū annis. Vel sc̄dm
Strabū eo anno dixit quo cepit
archa fieri. Sed q̄z in malicia p̄
seuerauerunt ante p̄fixum terminum
sz centesimo anno deleti sunt
tamen Josephus ait hunc terminum
vite hominum statutum. Quod aūt
dicitur deus dolo tactus dolore
cordis intrinsecus forte nichil
aliud ē quam q̄d homines quibus
diuine offense latebat vel an
tropospatos ē .i. humano passio
quādo attribuitur deo q̄ hominis ē
Noe vero erat in tēpore De Noe
Noe omnibus suis pfectus q̄si
nō illius pfectionis q̄ est
in patria sz sc̄dm modū cōdicionis
sue sz terrene. Et dixit dns

tempoibus verus esse vir tres noiem archas
prima noe moisi fuit altra tria xpi
lignea prima s᷑a metallica tria p̄ventz
lege carens sub lege manens a lege soluta
stant pluuis tulit hanc implus hac fecit almo

causa diluuij

de noe

ad noe confirmans vniuerse carnis ve
nit coram me propter eos qui in
archa fuerant saluandi disperdam
eos cum terra .i. cum fertilitate terre
tradunt enim vigorem terre et fer
tilitatem longe inferiorem esse
post diluuium quam ante unde
esus carnium homini concessus est
cum ante fructibus terre victita
retur

De Archa Noe

Fecit noe iussu precepto domini
archam de lignis leuigatis
.i. politis uel quadratis alia littera
uel bituminatis longitudine
trecentorum cubitorum latitudine
l.ta altitudine xxx.ta ad mo
dum scilicet corporis humani in quo longi
tudo sexcies maior est latitudine
et decies maior altitudine est
autem longitudo a planta usque
ad uerticem latitudo a crate lateris
ad cratem altitudo a dorso ad ven
trem. Quod tamen multi de corpore
Christi dictum esse voluit quia
sicut legitur Augustinus ideo quia humani cor
poris instar ostendit iniquus xpc
apparuit. Fuit ergo hec archa
in fundamento quadrata sed in for
ma alta parte longiori ab
angulis in arctum concendebat donec
in cubitum summitas eius perficeretur.
Bitumine intus et extra linita
est quod est gluten feruentissimum
quo ligna linita non soluuntur
aliqua vi nec materia vaza bi
tuminata soluitur nisi sine menstruo
mulierum. In lacubus iudee sup
ernatans colligitur in syria limus
est ut terra estuans. Facta sunt
in ea cenacula et tristega .i. disti
ctiones dicte atria que alia trans
lacio dicitur bicamerata et tricamerata
fuit enim cameras quinque quas
Augustinus preter sentinam ibi dicit
fuisse dicens supra tabulatum sen
tine fuisse cameram bicameratam
vna camerarum fuit edit stercoraria
alia apotecaria. Et supra hanc ma
sione erant alia bicamerata. Ta
les tamen erant vna in mitium
alia mitium animalium media

hominum et auium et fuit hosti
um vbi sibi bicamerata et tricamerata
iungebantur. Alij uero has quinque
cameras in altitudine sola dispo
nunt. Inferiorem quem et sentinam
stercorariam dicetes secundam super
illam apothecariam terciam mitium
animalium et specierum et ubi hec
iungitur hostium posuit. Quartam
mitium supremam hominum et auium.
Josephus tamen dicit archam quatuor
cameras habuisse forte stercoraria
uel sentinam non includens.
Fecit in ea noe fenestram quam
hebrei cristallinam fuisse tradunt
que in hebreo vocatur meridianum
a simmacho diluculum. Dicit Ra
banus cubitos arche geome
tricos alioquin tanta capere non
valeret. Continet enim cubitus
geometricus sex modos uel nouem
propie enim cubitus pede et dimi
dio constat

De ingressu in archa

Perfecta iam archa dixit dominus
ad noe ingrediens archam
tu et filij tui vxor tua et vxores
filiorum tuorum. In hijs octo reseruatum
est seminarium omnibus humanum et
seorsum viros et seorsum mulieres
nominat dominus cum de ingressu loquitur
ac si diceret tempore afflictionis vacandum
est ab amplexibus mulierum. Et
precipit de animalibus vniuerse car
nis bina induces in archam .i. co
pulata .i. masculum et feminam
de inmundis enim animalibus fuerint
ibi tamen duo secundum genus suum
de mundis uero septem. Inmunda vocat
ea moyses secundum opinionem suam s.
que lex inmunda vocat. Vel ideo
dicit sit in munda que ad naturam cum
esum hominum non erat apta. Ideo
dixit natura quia adhuc accedenda
non erant concessa. Tolles tecum
de omnibus que mandi possunt ut sint
tam tibi quam illis ad cibum
Si queritur vtrum ad animalibus
minimis in cibum dicta sint adhuc
Augustinus dicit quia non ...

8 no

de coitu no fuit mtc esse i archa
que sz ul de pulue ut pulices
ul de humoribus ul corruptoni
bus nascunt' Aug' at qnmia
tm in edificata sut i muit' tu ad
dit scdm genus suu ul i genere
suo Cernit' q si sine transgressi
one madati ibi aliqua fuerunt
que mutatis alendoru corp que
vescunt' carnibq coegissi includi
dt Aug' posse esse pt carnes
alimenta comuna maiore q' cu
carnibq vescunt' fico z castanea
uesci put, popule cu omnibus
uesci cogit fames z forte nodu
ctl aialia carnibq vescebat'
sed n' homines Effecitq noe
cuncta que precepit dns sibi
Sexcentesimo ano vite sue i
gressus e noe archam cu aliq
que supedit ei dne Et ue z inutu
diuino z angeloru nuncio ad
ducta sut mense z° die sep
tio decio qui ab hebreis nisan
dici' Calatmis mang amacce
domibq dicon agsisset cm in
legittimis nisan ut aplem
primi mesem gstituit scdm
Josephu uo i gtitibq z alia
gubnacone secli decta tporu
et vsuale ordine mesium se
uauit Et Josephus q ab adam
usqz adhuc tpus fuerunt anni
duo milia sexcenti sexagita
septe qd i facris libris conscriptu
integritate signatu e

De cathaclismo

Egressso noe rupti
sut fontes abissi i aque
que sut i visceribq tre z cata
racte celi .i. nubes Catacte
gpe meatq nili sut cu nilq
p septe hostia sepat' ul loca
eiusde que cataclupla dicunt'
abusiue quibz aquaru mea
tus initiales Et pluit sup
tram xl^ta diebq z xl^ta no
ctibus Et eleuata archa in
sublime ferebat' sup omes
montes excreuit aqua altior
cubitis xv ut ablueret sordes
aeris usqz ascenderunt opa
hoim usqz ad eunde loca aste
det igne iudicij ob aeris p
gacom Sed no videt' opa
hoim tm ascede potuisse cu
olimpus usqz ad liquid aera
euadat sup que litte i scripte
i puluere pinnim septe sut
stetisse i mobiles Nec gminia
aeris raritate n' ctl aues viue
queunt n' phisica ut phi aste
dentes sine spogiis plenis
aqua aliquntulu ibi mane po
tuerunt quas naibus appone
tes crassioem inde aera exi
gebant Sed sut qui putant
motiu altitudine tue non
fuisse tanta qnta nuc e Vel
forte i sublimibq sacrificantes
igne accedebat tunq vapor
z fauille multu ascende potu
erunt z aera maculare Et cu
iussisset noe clausit deus ho
stiu z bitumauit exti(u)s Et
mortua e omis aia viues
sup tram Et optinuerunt aque
tras ita qpultate centu l^ta
diebus ab illa sz die qua in
gressus est noe post dies centu
l^ta ceperunt aque minui mese
sz septimo Ita q vicesima sep
tima die mensis requieuit archa
sup motes Armenie Illic ce
dge reliquias usqz nuc gpuincia
les ostendunt Huius diluuij et
archse ut ait Josephus meoria
faciunt ctl qui barbaroru histo
rias gscripserunt de qua berosus
caldeus sic ait dicit' nauis
eius que i armenia venit
cca motez cordicu adhuc aliqua
p's esse z quoddam bitumine eam
de tolli quo maxie homines ad
expiatone vtunt' Meminit eiusde
Jeronimus egiptus qui antiqtates
gscripsit Manasses damascenus
et ait est sup miniadu excel
sus mons i armenia qui baa
ris appellat' i quo multos gfugientes

Lxo

tempore diluuij liberatos et quedam in archa deuecta cum archa. Decimo in mense primo die mensis apparuerunt cacumina montium. Cumque transisset xl^ta dies aperuit noe fenestram et emisit coruum. Qui non reuertebatur forte interceptus aquis uel inueniens supernatans cadauer in aquis illectus est eo. Tamen Josephus ait quod cuncta reperiens in habundantia regressus est ad noe. Emisit et columbam post eum que cum non inueniret ubi requiesceret pes eius reuersa est ad noe. Sed nonne cacumina montium iam erant nudata. Forte non dum siccata erant et sic in paululum de requiescere non potuit sicut nec in aqua. Vel per recapitulationem prius potest intelligi factum quod post est dictum. Post dies septem iterum emisit eam que uespere rediit ferens ramum oliue uirentem. Post alios septem emisit eam que non est ultra reuersa ad eum. Igitur sexcentesimo primo anno primo mense prima die mensis aperuit noe tectum arche et uidit quod exsiccata esset superficies terre sed expedienti expectabat diuinum preceptum.

egressu noe d archa

De egressu noe de archa. c.

Mense secundo uicesima septima die mensis dixit dominus ad noe egredere de archa tu et uxor tua filij tui et uxores filiorum tuorum et cuncta iubentur que que distincti introierant. Et si diceret eis nunc rediit tempus amplexandi ut multiplicemini super terram. Morum enim subiungit. Crescite et multiplicamini. Egressus est noe cum uniuersis que erant cum eo. Eadem die qua ingressus fuerat reuoluto anno ingressus est enim luna septima decima mensis secundi licet alia translatio habeat uicesima septima. Et egressus est uicesima octaua luna et quota est luna hodie si xi addas tota erit eadem die reuoluto anno. Si hodie prima eadem die in sequenti anno xii. Nec moueat te quod dixi egressum xxviij luna cum liber dicat uicesima septima. Potuit enim esse quod uespera uicesime septime lune egressus sit imminente iam xxviij. Media uero tempora cum nomine extremorum sepe uocantur. Et cum dominus transiuit fuit in tertia et festa. Et inde enim Girono ait hora tertia et alius festa. Vel potius secundum septem noua dierum si in tertia feria est luna decima septima reuoluto anno in eadem tertia feria erit uicesima septima quod totus dierum per unam diem descendit in martilogio. Verbi gratia. Kalende januarij sunt dominica die et luna septima reuoluto anno in eodem die erit luna in kalendis januarij reuera erit luna octaua decima. Kalende erunt secunda feria. Ergo die dominica ante kalendas erit luna septima decima et sic admitta in dominicam reuoluto anno non addit lune xi sed a kalendis in kalendas xi. Et edificauit noe altare domino et de mundis animantibus septimum obtulit domino. Ideo enim iusserat dominus septem secundum genus suum induci ut septimo oblato post sufficerent propagationi. Locum autem quo egressi sunt armenij egressorium uocant filij uero noe dixerunt thamnon id est octo ex numero egressorum. Volunt quod ut quidam dicunt noe fecit altare decem lapidibus. Odoratus est dominus odorem suauitatis et ait ad noe. Non ultra maledicam omni terre propter homines quod proni sunt ad malum. Tempus sementis et messis frigus et estus nox et dies non requiescent. Forte non dum ita plene distincta fuerunt quatuor tempora quod nec usque ad diluuium aque collecte fuerant in nubes. Et benedixit eis dominus dicens. Crescite et multiplicamini et sit tremor uester super cuncta

Noe

d'chstat... diuoc...

12

ciancia tre. Hoc dom e eis i
solacium ne pauca homines a
plurimis bestiis timerent. Opp
ini qui dicunt virencia p[er]ius de
deam in cibum. Nunc [ve]ro vobis
ciancia excepto q[uod] p[er]ane car
ne cum sanguine no[n] comedatis
id est nisi suffocatum. Et p[romi]s[i]
sit eis deus hominadum
Et quia maxime timebant
ne iterum d[omi]n[u]s aquas diluuii pu
vindaret super tam noe cotidie
orabat ne h[oc] fieret. Et Josephus
refert pepigit eis deus fedus
q[uod] ult[ra] no[n] fieret diluuium. Et in
signum federis (quod) posuit arcu
sium in nubibus. Ne redderat
ymbres datus & in nubibus
aspices. Et signum duorum judicii
preteriti p[er] aquam ne timea[n]t et futuri
p[er] igne[m] ut exspecte[n]t. Inde est q[uod] hz
duos colores notabiles s[cilicet] ce
ruleum qui aquosus est et est exterior
qua preterit et rubeum q[ui] est igneus
qui est interior q[uia] pleraque futurus
est ignis. Et dicunt sancti q[uo]d xl
annis an[te] iudicium no[n] videbi[tur]
arcus q[ui]a fac[iet] sicca[ta]r[em] ondit dispu
tacionem aeris ad incendium De ebri
etate et maledictione cham p[atris]

Cepit noe exercere terram et
plantauit vineam labruscas
pales preciosum adolus theus
vinee. Bibensque vinum. Sed ignorans
vim eius inebriatus est et dormiens
nudatus est in thabernaculo suo
Nudatis enim femoribus sequitur e
brietatem libido preciatis. Sz
cum vidisset cham pat[re]m verenda
nudata irridens nunciauit
fratribus. Sed illi pallium in
ponentes in humeros et euntes
retrorsum ne viderent operuerunt
patris verenda patrem s[u]um q[ui]a
q[uod] no[n] du[m] homines videbant se
nodibus. Euigilans noe cum
didicisset que fecerat ei filius suus
minor ait. Maledictus cham
puer suus erit seruus suus

Si querit[ur] quo cham dicat[ur] minor
filius cum esset medius natu. Potest
dici minor i[d est] indignior. Vel
forte minor statura ut de Japhet
d[ici]t[ur] qui cum minor esset pociori
fuit cham maior. Maledixit
aut[em] no[n] filio sed filio filii q[ue] sci
ebat in spiritu ipsum filium no[n] futurum
suis fratribus s[ed] s[e]m[in]e eius. Nec
omnes de semine s[ed] eos qui de cha
naan q[ui] p[er] pacta pat[re]m s[e]p[ius] vindicta[m]
in filiis temporali. Et est sensus. Ut no
leteris de filio tuo sic nec ego de
te. Et addit. Benedictus dominus deus
sem sit chanaan s[er]uus eius. Pphe
tia est q[uia] puniendi in filiis sem
cultum nostrum [et] d[o]m[inu]m dei pmahim
Et iterum Dilatet deus Japhet
et habitet in thabernaculis sem. Sitque
chanaan seruus eius. Et h[oc] prophetia
Gentes enim que de Japhet di
latate sunt nunc deo auctore
et cultu deorum deo permittente
et p[o]st impleta sunt tunc dolere
Et impleti sunt dies noe non
genti et sexaginta et mortuus est. Igitur aute[m]
Josephus q[uod] nemo putet fal
sa que de antiquorum longevitate co
scripta sunt q[uia] propter virtutes et
glorias vtilitates quas in genere pertracta
bant in astronomia et geometria
dedit eis amplius viuendi toto
nauit spacia que aliter et disse
re no[n] potuisset nisi sexcentos
viuerent annos. Postea enim anorum
periculo magno annus impletur

De dispersione filiorum noe et de
nemrolth

Dedit moyses ad
principium genealogie noe
dicens. Hec sunt generaciones filiorum
noe. Et incepit a Japhet minore
ut ultimo ponat sem sic tamen
successionem texere intendit. Recensuit
autem decies lxx ta duo generaciones
xv de Japhet. Triginta de cham
xxvij de sem. Hi tres disseminati
sunt in tribus partibus orbis sem al
tam sem asiam cham affricam
Japhet Europam sortitus est

vel oppressit dicit. secundum iosephum
filii iaphet et obtinuerunt sep
tentrionale regione a tauro et
amano montibus sicilie et sine
usque ad fluvium thanaym in
europa vero usque ad gadira. Fi
lii vero cham a phenicia syria
et aman et lybano montibus
civitates terras obtinuerunt quecumque
sunt ad mare posite apprehenden
tes etiam eas que usque ad occea
num sunt et propriis facientes appella
tiones. Filii vero sem usque ad ori
entem seorsum habitant asiam
ab eufrate facientes initium
generationis sem in persiam reliquas
transeuntes. Hec ille. Accedentes quoque
temporibus dicitur filius cham et filius
eius nemroth qui cepit primus
esse potens in terra et robustus
venator hominum coram domino idest
extinctor et oppressor amore do
minandi et cogebat homines ignem
adorare. Ebraice habet proverbium
addicendum de aliquo quod fortis sit
et malus. quia nemroth robu
stus venator coram domino. Et io
sephus. et methodius dicit
hunc fuisse de filiis yron filii
sem. Et zuae vero primus cepit
regnare. ondit agens de quarto
filio noe de quo non egit moy
ses sed pit dicens. Centesimo anno
tertie chiliadis natus est noe fi
lius in similitudinem eius et dixit
eum ionicum. trecentesimo anno de
dit noe donationes filio suo
ionico et dimisit eum in terram
etham et intravit eam ionitus
usque ad mare orientale quod
dicitur eliochora idest solis regio
hic accepit a deo donum sapientie
et invenit astronomiam. ad quem
veniens nemroth gigas x
cubitorum eruditus est ab eo et
accepit ab eo consilium in quibus re
gnare cepisset. Ionitus iste fu
turos quosdam eventus rerum
previdit et maxime de ortu quatuor
regnorum et occasu eorum presertim

cessionem quod et plane prophetavit
daniel. Et prefecit dominus super se
nemroth qui primus regnavit de
cham de quo belus descendit.
Post descensum medi et perse et
greci et post de iaphet romani
a quo rediens nemroth attem
ptus est amore dominandi sollici
tavit genus suum de sem ut
imperaret aliis quia primogenitus
sed noluerunt et ideo transivit ad
cham qui adquievit et regnavit
inter eos in babilone et quomodo de
ductus est de filiis cham. Sed si vero
fuit de filiis cham tunc nulla
questio est quare inter eos regna
verint. Nemroth primus cepit regnare
tirannice super filios sem. sed non super
filios iaphet. Narrat
autem philo in libro questionum super
genesim quod temporibus filiis noe
adhuc eo vivente nati sunt xxiiii
milia virorum et centum extra
mulieres et parvulos sub tribus supposi
tis ducibus quos prediximus. de turre babel

Post de turre babel

Post obitum vero noe isti tres
duces super dicti moventes pe
des suos ab oriente convenerunt
in campum sennaar et ti
mentes diluvium consilio nem
roth volentis regnare ceperunt
edificare turrim que pertingeret
usque ad celos facientes lateres
compagibus et bitumine pro cemento
descendit autem dominus ut videret
turrim et animadvertit ut pu
niret et ait ad angelos veni
te confundamus linguam eorum
ut non intelligat vocem proximus
proximi sui. Sicque fecit divisionem
inter nomini fecit. Sed quod voces
cede sit apud omnes gentes
secundum dicendi modos et formas dum linguis
quibus divisit. Habebat turris de
iosephus quod latitudo ita erat
fortissima ut esse eam aspici
entibus longitudo videretur
in minus. Deus vero idest angeli

ventos i mitteret euerterunt terre
z turrem et ipsam diuersisque par
titi sunt Propterea babilone co
tingit vocari ciuitatem babel
quam hebrei confusionem appellant
De qua turre meminit sibilla
dicens Cum omnes homines
vnius vocis existerent quandam
turrim edificauerunt excelsam tamquam
per ipsam ascensuri per eam in celum
De campo sennaar i regione
babilonis meminit Estiaeus
dicens Hii qui de sacerdotibus
sunt erepti iouis sacra sumen
tes i sennaar babilonis
venerunt diuisique sunt Post
hec diuisionem linguarum migratio
nes agentes apprehendentes
mediterranea simul et mariti
ma Dicit Ptolemeus puto quod
moyses dicit regina filium chus
duos habuisse filios saba et de
dan Josephus ait quod saba et iuda
quorum iudas ethiopicam gentem
hesperiorum inhabitans in deicis co
gnomine suo reliquit Quod autem
subditur de terra sennaar egressus
est assur intelligendum est quod
nemrod eum expulit vi de
terra illa et terre que eius erat
iure hereditario Vel non intelli
gendum de assur filio sem qui
inuenit purpuram et vngenta
[illegible] ut corporum de quo cal
dea et assiria dicta secundum assur id
est regnum assiriorum inde egressum
est per tempora saruch patris abrahe
[illegible] regnum quod habuerunt
babilonie qui de semine fuerunt
nemroth usque ad quartam tribade
et [illegible] interim
uero obtinuerunt egyptios et assiri
os ita quod **Incidentia Sequitur**

Incidentia

In diebus saruch belus vero
[illegible] rex babilonis qui fuit
[illegible] belus rex [illegible] a
ssiriam secundum patrem obtinuit in ea
quo mortuo filius eius ninus
totam obtinuit assiriam et ciuitatem

in qua caput regni erat itinere trium
dierum ampliauit et a suo nomine
niniuen dixit Inde est quod quedam
historie dicunt regnum assiriorum
cepisse ab antiquo belo quod verum
est quantum ad initium Alii dicunt
cepisse a nino quod verum est quantum
ad regni ampliacionem Ninus vi
cit cham qui adhuc viuebat et
regnabat in bactria et dicebatur
zoroastres inuentor magice
artis qui et septem artes libera
les in xiiii columpnis scripsit septem
eneis et septem latericiis contra
vtrumque diluuium Ninus vero
eius libros combussit **De ortu ydolorum**

De ortu ydolorum

Mortuo belo ninus
in solatium doloris imaginem
patris fecit sibi cui tantam ex
hibebat reuerentiam ut cuicumque
reis qui ad eam confugisset parceret
Inde homines de regno eius
diuinos honores ymagini eius
ceperunt impendere Huius exemplo
plurimi caris suis mortuis
ymagines dedicarunt et sic
ab ydolo beli cetera traxerunt origi
nem sit et a belus nomine ge
nerale nomen ydolorum Erat enim
dictus est belus ab assiriis Sic
alie generationes secundum ydiomata
lingwe sue diuerterunt Alii bel
alii abeel alii baal alii ba
alim immo et nomina specifi
cauerunt alii belphegor alii
beelzebub dicebant Sed tamen tan
tum de serie genealogie sem
prosequamur **De generationibus sem**

De generationibus sem

Sem centenarius centum annorum
erat cum genuit arphaxat
biennio post diluuium Repugnare
hic videtur quod dictum est supra v
Genesis quingentesimo anno noe natum sem
et sexcentesimo inundasse dilu
uium Ergo post diluuium centena
rius erat sem et biennio post centum
et duorum annorum Sed mos est
sacre scripture sepe limites numerorum
ponere pretermissis annis si superfu
erit paruis Potest ergo dici

babel

q sem centorum annorum erat duo
rum sed duos tacuit septuaginta vel
noe cum genuit eum quingentorum
annorum erat et duorum vel duo an
ni deerant ad sexcentos cum
inundavit diluvium vel ita le
gatur littera Sem centum annorum
erat post diluvium et erat biennio
post diluvium cum genuit arpha
xat Josephus tamen dicit arphaxat
filius sem natus est post annos
xii facti diluvii quod forte vitium
scriptorum est Arphaxat genuit
sale qui in luca dicitur caynan
qui genuit sale qui heber
a quo dicti sunt hebrei secundum Jose
phum Augustinus tamen dicit immo qui
potius ab heber dicti sunt hebrei
quam ab abraham quasi abrahei He
ber genuit phaleth et iectam
phaleth hebraice divisio eo
quod in diebus eius per divisionem lin
guarum divise sunt gentes et
divisio terrarum est facta Et ubi isto
proprie dicitur facta esse quod in
isto et filiis eius remansit
aliqua lingua alii quam ab eo di
visi sunt Phaleth genuit reu
vel regau qui pharuc qui
nachor qui thare Thare cum
esset lxx^ta annorum genuit Ab
raham nachor et aram et
est ordo preposterus Aram enim pri
mogenitus et abram ultimus fuit
Et forte non genuit eos tunc
sed huius temporis sunt generare ce
pit et suis temporibus eos genuit
In thare terminatur secunda etas habens
secundum lxx^ta annos mille lxx^a
duos secundum methodium Eliade
secundum hebraicam veritatem Veritate
annos mille ducentos nona
ginta duos Et tot annos dicit
Josephus usque ad nativitatem thare
sed usque ad nativitatem abrahe
extenditur hec etas Porro A
ram genuit loth et iescham que
et dicta est sarai et melcham et
mortuus est ante patrem suum in
ur caldeorum et est nomen civita
tis secundum iosephum ubi et hactenus
sepultura eius ostenditur Hebrei
ur ignem dicunt unde fabu
lantur quod caldei in igne perque
traiciebat parvulos suos pre
cedant abram et aram quod no
lebat ignem adorare et aram
ibi expirante abram dei auxilio
liberatus Unde dicitur ego sum qui
eduxi te de ur caldeorum Thare
ergo odio loci terram propter luctum
aram non valens sustinere in
iurias que fiebant ei ut ignem
coleret statuit peregrinari et dedit
nachor melcham in uxorem ab
ire vero saram qui et loth fratrem
uxoris in filium adoptavit que
sara sterilis erat De egressu thare

Egressus et suorum de caldea

Ergo thare cum illis ut iret
in terram chanaan venerunt
usque aran mesopotamie
civitatem Septuaginta ponunt
charram quod tamen quia aspiratum ver
bum in grecum verte non potuerunt
Unde et filium noe ham di
xerunt cham Inde est quod varie
legitur ut choreb ut choreb raab
vel rachab Mesopotamia vero
a circumfluentibus aquis nomen
accepit Meso enim medium po
tamos aqua sicut aquilegia
dicitur quasi aquis ligata Et facti sunt
dies thare ducentorum quinque annorum
et mortuus est in aran De annis

Dixit Abre post mortem patris

Dixit dominus ad abram eodem
de terra tua Septuaginta quinque an
norum erat abram cum egrederetur
de aran Josephus ait dimisit
caldeam cum lxxv annorum esset
domino iubente ut migret in
chanaam Si ergo post mortem
patris abram erat lxxv annorum
patet quod dominus ... quod thare plusquam
lxx^ta annos habebat cum genuit
abram Si enim in illa etate genuisset
abram tunc post mortem patris
erat abram centum plus annorum

de egressu thare et suorum de caldea

de annis abre post mortem patris

quod in ca recapitulacione
hoc esse dictum. Adhuc enim viuente
te patre cum esset centum xlv
annorum et abram lxxv egressus
est de aran relinquens ibi patrem
et fratrem et in itinere dum erat in
mesopotamia dominus locutum
ei et dixisse. Egredere de terra tua
etc. Non quod iam egressus esset sed
quia non reuertendi habebat affectum
quod dicatur. Sed cum egressus est tunc
egredere mente. Secundum quosdam verum
esse translacionem hebreorum qui lxx annos
thare lxxa ponunt cum genuit ab
ram et mortuo patre egressum
abram de aran et plurimi cum
esse annorum tunc quod moyses
dicat hic annos eius dicitur
computatos ab illo tempore quo dei au
xilio euasit ignem caldeorum
ut id ei reputaretur tempus etatis
in quo confessus est deum spernens
ydola caldeorum. Et iste quod iose
phus id recidebatur uita hominum
paulatim declinans usque ad mo
ysen in quo terminum vite que
statuerat dominus confirmatur. Sen
tu enim et xxti annorum mortu
us est moyses. De aduentu
Tulit quoque abram abre in terram cha
sarai et loth et animas quas naa
fecerat in aran et auancia que
ibi adquisierat et intrauit terram
chanaan et venit ad sychem
que corrupte sychar nunc sepe
legitur et ad ualle illustre que
pentapolis sepe legitur. Et dice
batur aquis urbibus sodomorum
que nunc mare salis uel mor
tuum dicitur quia nichil in eo viuit
et nichil in eo mergi potest. Aiunt hinc
asphalti et bituminis quod dicitur iuda
icum uel uallis salinarum quia
multum aluminis reperitur ibi.
Nunc dicitur mare dyaboli. Cuius sua
cum ibi pertinent. Apparuitque dominus
et dixit ei. Semini tuo dabo terram
hanc. Iterum edificatur ibi altare
domino ubi apparuerat ei. Inde
de eo Josephus sic ait. Plus
pre ingressit prunitatem deum ca
terorum unum esse autorem. Et opi
niones quas ceteri de deo habebant
innouare et inuitare preualuit
hec autem conniciebat per terre pas
siones et maris et ea que contingunt
circa sole et luna et ex omnibus
que circa celum sepe eueniunt.
Decem memorat berosus duces
post diluuium decima generacione
fuit apud caldeos uir celestibus
expertus rebus. Inde trans
grediens abram tetendit ta
bernaculum inter bethel et ahi
et iterum edificat ibi altare domino.
Et perrexit abram vadens ultra
progrediens ad meridiem. Cuius
meminit forte et moyses bene
ita ut quod notum habitauit ante
in damasco. Unde et nomen eius
usque nunc in ciuitate damasce
na habetur in gloria et uicus
ostenditur qui ab eo dicitur habitacio
abrahe. Nicolaus damasce
nus: Abram regnauit in dama
sco ueniens aduena cum exercitu
de terra que super babilonem dicitur
caldeorum. De descensu abre in
Facta egiptum et reddictu eius
est autem fames magna in
terra chanaan et descendit abram
in egiptum. Et timens libidinem
egiptiorum ne cum appeterent speciem
mulieris occiderent sororem suam
dixit eam esse et sublata est et intro
pulit valde in domum pharaonis
abram uero bene usi sunt egipcii
propter eam. Deus uero desiderium
regis impediuit egritudine
et tumultu causarum ne tangeret
eam. Cumque de salute regis
sacrificarent sacerdotes pro iram
dei hoc accidisse significauerunt
quod uxori peregrini iniuriam inferre
voluisset. Vocauitque pharao abram
et dixit ei: Cur non indicasti
quod uxor tua esset. Ecce uxor tua

De aduentu abre in terram chanaan

De descensu abre in egiptum et reddictu eius

carpe eam et vade. Et precepit
pharao viris ut deducerent eum. Erat
enim dives valde in auro et argen
to et servis et ancillis et iumentis.
Arismetricam sane et que de astro
logia sunt egyptiis tradidit ante
eis ignota adhuc. Post venerunt
ad egyptios. Causis est abram us
que ad locum ubi fixerat thabernaculum
inter bethel et hay. Partitusque est
terram cum loth. Cum pastores eorum
mixte rixarentur, concessit optio
nem in processu loth. Et elevans
oculos loth vidit regionem iorda
nis consimilem sibi et mansit est
in oppidis sodomorum. Abram vero
conscendit ad convallem mambre
iuxta ebron et habitavit ibi fecitque
altare domino. Hebron civitas est
que et cariatarbe dicitur id est civitas quat
tuor. Arbe enim quatuor. Chariath ci
vitas. Ibi enim sepultus est Adam
maximus et abram ysaac et iacob
cum uxoribus suis. Aner et mambre
vero escol et ariel fratres erant
et confederati sunt abrahe. A primo
genito eorum vallis cognomi
nata erat. Et habitavit ibi abra
ham quercum vel therebintum cuius
radices adhuc apparent. Arbor
illa fertur fuisse usque. Tempus
Theodosii imperatoris durauit
et opilia hec fuisse pluribus quo
modo est licet arida. Camen
medicinalis est. Equa quecumque
tulerit iumentum eius non infir
dabitur. Terram quocumque nomine iosephus
notavit dicens. Habitavit autem
abram circa ylicem que vocatur ogyo
gi ibi promisit ei deus quod omnem
terram circumstantem per quatuor partes
orbis daret ei et semini eius. De

Factum est autem victoriis abre.
in illo tempore ut amraphel rex
sennaar id est babilonis et cetheri
samptuer tunc processit libido
dominandi quod quecumque civitas re
gulum habebat quorum plurimi ali
cui regi maiori subiacebant.
tandem omnes subditi erant mo
narcho assiriorum. Sane quinque

civitates sodomorum: Sodoma
gomora adama seboim bala
que est segor quinque reges habebat.
Hos subiugaverat sibi codola
morsor rex elamitarum et tributarias
sibi fecerat et xii annis servi
erant ei tributo. Tertio decimo nolu
erunt sibi dare. Proinde quarto decimo
anno codolaomor assumens
secum tres reges babilonis et
ponti et gentium collecto exercitu
convenerunt in valle silvestre in
qua erant putei bituminis que
per iram dei post versa sunt in mare
mortuum et circumiacentia loca de
populati sunt. Et egressi sunt
quinque reges ut pugnarent ad
versus quatuor quinque qui et terga
verterunt et ceciderunt plurimi
et qui remanserant fugerunt
ad montes. Tulerunt autem
victores omnem substantiam eorum et
captivos nec non et loth et substantiam.
Et ecce unus qui evaserat
nunciavit hoc abram hebreo vel
transfluviali vel transfluviali quia
de trans eufrate venerat. Et nu
meravit expeditos vernaculos
suos trecentos et decem et octo et
tres pedites fratres mambre
ariel et escol et secutus est eos
usque dan qui est unus de fontibus
iordanis et alius est oppidum dan
vocatum est quod nunc paneas dicitur
Alter enim ior dicitur quibus in unum
federatis iordanis dicitur. Et irruit
super eos nocte divisis sociis
in tres turmas et dormientes vel
vigilantes propter ebrietatem pugnare
non valentes effugierunt et
persecutus est eos usque oba que
est ad levam damasci et reduxit
loth mulieres quoque et populum et omnem
substantiam eorum. Occurrit autem ei rex
sodomorum ad locum qui dicitur
vallis regia in via solime civi
tatis vel salem que post iheroso
lima dicta est. At vero melchi

Melchisedech rex Salem optulit ei pa-
nem et vinum. Rex quidem exponentibus
Iosephus ait ministrauit exercitui
xenia et victum in habundantia
rerum oportunarum similiter exhibuit
et super epulas benedixit deum
qui Abrahe subdiderat inimicos.
Erat enim sacerdos dei altissimi.
Cui Abram decimas dedit
de omnibus spoliis. Et tunc pri-
mum decime leguntur date. Pri-
micie vero ab Abel. Et ait ad eum
rex Sodomorum Da michi animas cete-
ra tolle tibi. Et noluit Ab-
ram tollere minimum quid tollere
exceptis que comederunt iuve-
nes et partibus virorum fratrum qui
venerant cum eo. Sicut Melchise-
dech aiunt Hebrei fuisse Sem
filium Noe et vixisse usque ad Y-
saac et omnes primogenitos a
Noe usque ad Aaron sacerdotes
fuisse qui in conviviis et oblacio-
nibus populo benedicebat et ha-
bebant primogenita de quibus
post explicabitur. De ortu iubilei

Ortu iubilei

Habuit victoria [illegible] iubi-
lei initium habuisse perhibetur
remissione captivorum. Iobel
enim remissio vel inicium. Inde
iubileus remissivus vel inicia-
nus. Origo autem constitutus est quinqua-
gesimus quia tunc erat Loth ut
dicunt quidam septuaginta annorum. Sol-
tunc erat quinquagesimus annus ex quo
locutus erat dominus Abrahe in ma-
vel ex quo egressus erat de Thara.
Vel Abram peritus erat astrorum in
quibus et secundum quosdam et Zo-
roastre magice inventorem
instruit. Noverat enim quod aeris
intemperies que fit cum elevatur
vel depressis planetis fit usque
ad septuaginta annos ad temperiem
redeunt et quod vidit fieri in
astris voluit imitari in terris.

De sacrificio Abre et promissione heredis

De sacrificio abre et promissione
his transactis heredis. Ca.
His transactis locutus est dominus ad Abram. Pro-
tector tuus sum et merces tua
magna nimis. Et dixit Abram
Quid dabis michi? Ego vadam
absque liberis et Damasci filius
Eliezer procuratoris mei erit heres
meus. Aiunt Damasco aiunt
Damascum condidisse et nominasse
et ibi eum regnasse. Et dixit dominus
ad eum. Non erit hic heres tuus
sed qui egredietur de utero tuo. Cre-
didit Abram deo [illegible]. Et quia
in speciali promittebatur quesivit
Abram signum unde sciret sibi
fieri non ex diffidentia sed sperando
et modum querendo. Et quia nos
maxime solent Iudei signa
querere. Et ait dominus Sume tibi
vaccam triennem et capram et arietem
quemque trimum et turturem et columbam
et nunc dicat immolabis michi hec
et ostendam tibi signum. Tum tol-
lens hec animalia divisit per medi-
um et partes contra se altrinsecus
posuit aves autem non divisit.
Et dum expectaret preceptum domini
de modo immolandi descende-
runt volucres super cadavera et
abigebat eas Abram. Cumque sol
occubuisset sopor irruit super
Abram et horror magnus qui
fuit post signum. Et dictum est ad eum
Scito prenoscens quod peregrinum sit
futurum semen tuum in terra non sua
et subiicient eos et servituti et
affligent quadringentis annis. Tu
autem ibis ad patres tuos ge-
neratione autem quarta revertentur
huc quasi dicat. Nec opprimes te
regnandum modo in terra hac et
semen tuum post te. Nec enim patribus
mortuo post quadringentos annos
implebitur promissio. Magister nec est
intelligendum quod tot annis servie-
rit in Egypto sed hic in me tota
afflictione completus est quod secundum
Ysidorum ab illo tempore computatur
quo ista Abre promittuntur. Magis
ab Ysaac nato computatur quia
dictum est semen tuum. Rabanus
computavit ab Ysaac usque ad annum
egressionis de Egipto [illegible]

quadringentos quinque annos. Secundum
tria subtracti quinque et legitur sic
sit. Semen tuum peregrinum erit
quadringentis annis. Semine enim
in terra chanaan sive in egipto pe-
regrinum fuit donec exivit ex permis-
sione dei hereditate. Illud autem
intrepositum subiciet eos et affli-
gent non refertur ad annos qua-
dringentos. Quod autem dictum est
in quarta generatione eos redituros
secundum tribum sacerdotalem intelligendum
est. Levi enim genuit caath
qui genuit amram qui genuit aaron
qui genuit eleazar qui cum aaron
egressus est. Licet dicatur quod quatuor genera-
tiones computentur ibi leguntur genuit
personas et successiones ut tot
sint generationes quot ibi le-
genuit. Quidam alia littera habet quinta
generatione secundum regiam tribum quia
Iudas enim genuit phares qui
esrom qui aram qui aminadab qui
naason qui cum patre egressus est.
Et frater est caleb et apparuit ignis
in clibanum transiens inter divisi-
ones et confirmes eas. Certe si-
gnum et timor terre. Diffinivit
ei dominus a rivo carusa flumine
egipti usque ad eufraten et populos
eius nominat. De fuga agar
Igitur sarai et ortu ismahel
Ero hebat liberos et dixit
abre. Ingredere ad ancillam meam
agar si forte ex illa suscipiam
filios. Et ingressus est ad eam. Que
cum concepisset despexit dominam suam
et abram dissimulabat. Et ait
sarai. Inique agis contra me in-
dicet dominus inter me et te. Cui
abram. Ecce ancilla tua in
manu tua est utere ea ut libet.
Affligente autem eam sarai illa
in iter fugam volens redire in terram
suam quia egiptia erat. Et invenit
eam angelus domini dum sic nec-
sciret via ignoraret solitudine fa ... iuxta
puteum qui est in via in deserto
Sur. Et cui dixit agar. Unde
venis et quo vadis. At illa
A facie domine mee sarai fugio.
Cui angelus. Revertere ad dominam
tuam et humiliare sub eius. Concipi-
es et paries filium et vocabis
nomen eius ismahel. Hic pro-
legitur non proditur ad nos quod
patrum est. Manus eius contra omnes
et manus omnium contra eum et e regi-
one fratrum suorum figet tentoria.
Quod in decipo non legitur sed
de filio eius cedar. Cum digne
prius hoc proditum est. Quia saraceni
in vagis sedibus in terris gentes
quibus deserti confinatae inigitur
impugnant et ab omnibus impugnantur.
Hoc perspicue futurum erat. Sicut me-
thodius quod quatuor principes de
semine ismahel scilicet filios vi-
nee vocat forte per vesania
tamquam ebrios oreb scilicet et zeb
et zebee et salmana egressi sunt
de solitudine cum filios Isti
qui victi per gedeone reversi
sunt in solitudine deserti pervenerunt.
Quod vero legitur in genesi hic
erit ferus homo. Hebreus habet
pharaam quod sonat onager. Propter
hoc ut dicit methodius dictum
est onagri et capree a deserto
omnem bestiarum super fecerunt
ratione et mansuetorum nutu
toletur ab eis. Dicit enim de filiis
ismahel futurum est autem ut exeat
semel et obtinebunt orbem
terre per vii ebdomadas annorum
et vocabitur via eorum via an-
gustie quia primi eorum ismahel
vocatur deus onager. Hi in sanctis
locis interficient sacerdotes ibi de-
cum mulieribus dormient ad se-
pulchra sanctorum religabunt iumenta
et hoc propter nequitiam christianorum qui
tunc erunt. De quibus dicitur in novi-
ssimis diebus erunt homines
se ipsos amantes et cetera. Et tunc
implebitur quod dictum est per

ga agar 2 ortu ismaelis

Ezechiele propheta. Fili hominis
voca bestias agri et exhortare
illas dicens. Congregamini et ve
nite eo quod sacrificium magnum
immolo vobis. Manducate car-
nes fortium et bibite sanguinem
excelsorum. Cuique loquebatur dominus
tu agar pertransit i. Heme et
ipsa vidit posteriora eius et ait
Posteriora vidi videntis me
et appellavit puteum viventis
et videntis me quia videat eam
deus et quia vitam reddiderit scilicet
ostendendo puteum. Adhuc pu
teus agar ondit inter cades
et barad. Itaque tu redisses pe
perit filium et vocavit eum Isma
hele. Abram erat lxxxvi annorum
cum natus est ismahel. De pacto
federis et mutatione nominis abre et saray

De pacto federis et mutatione nominis abre et sarai

Postquam nonaginta et
novem annorum esse cepit
apparuit illi dominus dicens multi-
plicabo semen tuum et tu custo
dies pactum meum. Legitur in vita
clementis quod abram alium filium
habuit de agar qui dictus est
eliodros a quo post duxerunt
originem. Hic est circumcide ex vo
bis etc. Sed ante quam pactum
proponat nomen ei mutat.
Dicebatur enim abram ex abba et
ram quasi abaram id est pater excelsus.
Et addita est a littera et dictus est
abraham quasi abbaa quod sonat
pater multarum et secundum gentium
hebreorum dicitur quod de nomine suo
tetragrammaton id est nomine dei addi
dit abrahe que tamen sonat a
in idiomate enim eorum est scilicet a
et sonat e et e qui(a) ut aut sit
addita est causa euphonie.
Et quia tempore circumcisionis muta
tum est ei nomen. ideo tunc circumcidunt
imponunt hebrei nomina. Voles
itaque dominus quodam caractere
populum suum discerne ab aliis in
duxit ei circumcisionem fit. Cir

cumcidetur ex vobis omne masculinum
et circumcidentis carne preputii vi
ri. Infans octo dierum circumcidetur
tam vernaculus quam emptitius
cuius caro circumcisa non fuerit pe
ribit. Aqua illa de populo suo et cum
cultello fieret non est preceptum quia
aut fiet lapideo. Propter dicemus
Nota quod est quibus primo dicitur
affirmando. Vidi enim hostes
victos quos ad vitam servabant
suos dicebant. Verna vero vel
vernula ut vernaculus qui multis
est domi. Emptitius qui in sua
persona emptus est. Originarius
qui filius glebe scilicet colonus.
Dixit quoque dominus ad abraham Non
ultra vocabis uxorem tuam sarai
sed sara. Circa dicitur mutationem
nominis sare sit facta quia tunc post
prius ut scribitur modo prima
vel eciam erant sed tunc dicebatur
sarrai id est princeps mea et quia
unius gentis dicta est sara id est prin
ceps absolute quasi omnium gentium
princeps futura. Et attende quod
tunc ad nos videtur id est littera substituta
et nulla addita sed apud hebreos
additur a et scribitur per e. Circa
quod sarahi hebraice sonat lepra
errantes putantes eam primo
lepram vocari. Et ait dominus Et
illa dabo tibi filium. Cecidit
abraham in faciem et risit pre gau
dio dicens applaudendo putas
ne centenario nascetur filius
et sara nonagenaria. Et ait
dominus sara pariet tibi filium et
vocabis nomen eius ysaac quod
interpretatur risus quia risus sit primus
Ecce hoc adeo posuit nomen
nascituri. Legitur de duobus hic
legitur in veteri testamento de salo
mone et iosia. Secundum quem dam in
(...)dicem in novo testamento de
duobus scilicet ihesu et iohanne. Etiam
multiplicationem hismahelis pro
misit ei dominus. Et tunc firmius
esse primo dominum circumcidit se abraham

z hismahele z omnes familie
sue sexus masculini. Abraha
tunc erat lxxxx nouem annorum
z hismahel xiij. De tribus an-

De angelis suscept. abraham

Apparuit gelis susceptis ab abraham
dominus abrahe in conualle ma
bre. Cumque eleuasset oculos vidit
tres viros z occurrens vnum ex
eis adorauit. Dicit iosephus tres
angelos in specie humana missos
ut vnus nunciaret abrahe de
filio suo duo subuerterent sodo
mam. Eusebius vero ait primo omnium
prophetarum abrahe xpistus dei in
figura apparuisse humana vota
hominum generis pollicetur z sic
apparuit ei filius que z adorauit.
Sed quia nusquam legitur patrem appa
ruisse in subiecta creatura. Dicitur quod
duo angeli apparuerunt in desi
gnatione duorum prophetarum mo
ysi z helye quorum alter pri
mum preuenit aduentum alter
preueniet secundum. Et vocos z ro
gauit abraham ut diuerterent
ad eum z paululum comedendo
confortarentur. Qui assenserunt.
Festinans abraham precepit sa
re ut tribus satis simile
faceret panes subcinericios.
Ipse vero tulit vitulum de arme
to optimum tulitque butirum z lac
z vitulum assatum z posuit
coram eis. Verisimile est quod prius
homines credidit quibus cenam
parauit. Postea angelos esse com
probauit. Cibis quos sumpserunt
potest dici quod in masticando consumpti
sunt sicut aqua calore ignis.
Abraham stabat iuxta eos. Sara
vero erat post hostium tabernaculi
z dixit angelus: Reuertens
veniam ad te tempore isto uel eodem
die reuoluto anno z habebit
sara filium. Quo audito risit
sara. Erant enim ambo senes
et desierant sare fieri muli
ebria z menstrua quibus de
ficientibus desinit vis pariendi.

Si alter iuuenis esset non esset im
possibile concipere z iuuenem
senem fieri. Sed ambo erant pro
uecte etatis. Ad hoc etiam ipsa sterilis
erat. Risit ergo quod dubitauit dicens
postquam consenui et dominus meus
vetulus est voluptati operam
dabo. Dixitque dominus ad abraham
quare risit sara. Numquid deo
quidquam est difficile. Negauit se sara
risisse perterrita. Ecce qua inten
tione absque risit diiudicare
potuit qui corda nouit. De
duobus ascendentibus in sodoma

De duobus ascend. in sodoma

Cum surrexissent direxerunt
oculos contra sodomam z abra
ham comitabatur simul. Et dixit
dominus: Non potero celare abrahe
que gesturus sum. Et ait ad illum:
Clamor sodomorum multipli
catus est. Peccatum dicit clamorem est
culpa cum libertate, cum scilicet quis
palam ad libitum peccat. Peccatum
illorum fuit superbia vite et
habundantia panis. Propter quam
ad ignominiabilem luxuriam
vel libidinem proruperunt. Et
addidit: descendam z videbo
utrum clamorem qui venit ad
me opere compleuerunt. Cum
omnia nouit, hoc in exemplum
nobis reliquit quod iudex mala
hominum non ante credite quam pro
bet. Inde est quod iudex in mensa publi
ci soli notum punire non potest. Vnde
et dictum est: Nemo te condempnauit
mulier. Nec ego te condempnabo. Ab
raham vero metuens loth fratrem
sui appropinquans ad deum ait: Num
quid perdes iustum cum impio? Non
est hoc tuum qui iudicas omnem
terram. Si fuerint quinquaginta iusti ibi
nonne parces populo propter eos.
Et ait dominus: Dimittam omni populo
propter eos. Et tunc abraham quasi pau
latim descendens ait: Si fuerint
xlta quinque. Item si xlta. Item

ri xxx. Cr(edo) si xx. Cr(edo) x. Et ait
dominus: Non delebo propter decem. Abiit
dominus i(d est) non apparuit postquam ces-
savit loqui ei et ille reversus
est in locum suum. Veneruntque illi
duo angeli qui fuerunt cum
domino ut alii secundum quidam solo
mox vespere sedente Loth in fo-
ribus civitatis expectante ad-
ventum alicuius hospitis. Cum
vidissent eis adoravit petens
ut declinarent in domum suam.
Cumque renitentes compulit oppi-
do. Ingressisque illis fecit convi-
vium coxit azima et comede-
runt. Sed viri civitatis a puero
usque ad senem vallaverunt domum
et dixerunt Loth: Educ viros
illos huc ut cognoscamus eos.
Cui ait: Habeo duas filias que
nondum cognoverunt viros. Abuti-
mini eis ut libet tantum viris istis nichil
mali faciatis quia ingressi sunt sub
umbra culminis mei. Mos enim
fidelium erat ab omni iniuria ho-
spites suos liberare defensare.
Quod autem dixit perturbato animi
fuit non consilium. Consilium sane
est ut faciat quis ne ipse co-
mittat continuus. Nullo animo
quis debet facere levius malum
ne alius comittat continuus. At
illi noluerunt. Et vim faciebant
Loth vehementissime. Et ecce
angeli introduxerunt Loth et
clauserunt hostium. Illos vero per-
cusserunt cecitate non privatione
visus sed acrisia que latine
audentia dicitur possemus que
fiant non videri non omnia sed
que non est opus qua percussi
sunt qui querebant Helizeum
cum esset cum eis. Et discipuli domini
euntes in Emaus forte hoc mo-
do quem in manu tenemus.
Et dixerunt angeli ad Loth:
Omnes tuos educ de urbe hac
delebimus enim locum istum.

Et egressus est Loth ad generos
suos et ait eis: Surgite et
egredimini quia delebit dominus civitatem
istam. Non est credendum ut ait Ieronimus
his qui dicunt Loth ha-
buisse alias filias a predictis
virginibus habentes viros que
cum viris suis in igne periunt sed generos
vocat futuros generos. Unde Hebrea
veritas habet: Egressus est Loth
ad sponsos qui noluerunt egredi
consuetudine consuetudine
egredi urbem Loth esse dicentes
ante. De subversione Sodo(morum) — de subversione sodomorum

Dissimulante Loth exire
apprehensum eum cum uxore et filia-
bus statuerunt angeli extra
civitatem dicentes: Noli respicere
retro sed in monte salvum te
fac. Cumque comperibatione non du-
plene credens domino ait: Non
possum salvari in monte ne forte
apprehendat me malum et mo-
riar. Forte senex frigora mon-
tium et laborem montis perhorrebat.
Sed hic civitas parva ad quam fu-
gere sufficio ut salver in ea.
Et ait dominus: Non subvertam urbem
pro qua locutus es. Et ideo quia dixit
parva vocatum est nomen eius urbis
Segor i(d est) parva. Dicit Hebreus hanc
urbem primo dictam Bala et post
Salisam et in Ysaia vitula con-
ternante modo dicitur civitas pal-
marum quia tercio terre motu absor-
pta est post subversionem aliarum
quatuor civitatum. Et zuadem(?) quo
Loth fuit in ea pepercit ei dominus
sed ut dicit Ieronimus Loth timens
consuetum terre eius motum egressus
mansit in monte. Egresso itaque Lo-
th de Sodomis pluit dominus super
civitates illas sulphurem et
ignem. Pluit dominus a se po-
nens in terra a se existente in celo indi-
cans absimpante(?). Pluit autem
hec ut terra in eternum aresceret
sine spe iterum germinandi. Et
ita continuus punivit istos quorum

pmos peccatores diluuio. Illuxit
em illi messuam delicti excede
rent tam q̄ psalit' pcabat. Et
vniusos subuertit etiā puulos
cpcat' parentū i quo punsti
ē illis ne diu viueret sepien'
exepla patz. Et ē aliqs bom
reu no esse qui glosus no est
Potest em paupem no esse
qui rex esse no pt. Et respiciens
vxor loth vsa ē i statuā salis
quā iosephus dt se vidisse z ha
ctenus mane. Versa ē go regio i
lacū salis sterilem qui dr mare
mortuū. Qz nc pisces nc aues
i eo viuūt ut i aliis. Naue
no pati' nc ulla sustinet ma
nisi bituīne illustre. Omne
em carens vita i pfundū mgit'
Si quid viuū aliqua arte in
miseris sup exilit lucerna ardens
sup natat. Extincta mgitur
mltis locis nigras glebes
bituminis vomit. Et ideo locus
alphad ul alphatides dr. Dicit'
etiā q poma nata i arboribus
circupositis usqz ad maturitate
colorē sūt viridi matura si ma
das fauillas mtus muenies.
Unde ut ait iosephus fabula
tre sodomitice fide habz. Dia'
et vallis salinarū. Forte sit ibi
sal ul lapides salis ita ive
niunt' De incestu loth zc

de incestu loth

Loth aut egressus de segor
mansit i monte i spelunca
et due filie eius cū eo. Credi
derūt aut filie loth cōsumma
tum mūdi futurum p igne et
suspicate sūt tale aliquid futurū
quale i diebus noe scz ad repa
randū genus humanū seruatas ee
suscitent cū pre ideo cōsiliū
inierūt z patris mestitiam
z rigorem vino mollientes
singule singlis noctibus susce
perūt ab ignorante pre co
ceptū nc repererūt. Hic tu
desup expugnat ul obpugnat

gebō quasi i credibile q natā
rerū no pati' coire quēpiā
nescientem. Vel dicat' nescisse
filia putās fuisse vxorē suā
Dicat' quoqz impossibile defflo
ratione fieri cōceptū absqz
delect. Antiqr' se filiū virginis
pepitqz maior filia filiū
z vocat' eū moab. pre meo
abitu dicēs. Minor pepit filiū
et vocauit eū amo patre
amonita dicēs. Moab expresse hoc
nomine mr apte publicat
i cestu patris. Amo filius
ppli mei qt aliquātū texit
qui filius ē cuiusdā de ppl'o meo
dt. Secūdū filias posse excusari
q crediderūt genus humanū
defecisse et pietas posuitas
impietate incestus excusauit
Sed hoc prem no excusat
si infidelitas eius ea fuit
incestus. De eode aut scribit
loth i excusabilis ē i primu
q angelo no credidit se posse
saluari i segor. deinde quia
inebriatus ē z fuit peccatum
ca peccati. De peregrinatione abrahe apd abimelech regem gerare

de peregrinatione abrahe apd abimelech rege ge[rare]

Profectus
e abraha de conualle ma
bre in terram australem z pegri
natus ē i geraris inter cades
Unde fluxerunt aque cōtradic
tionis. Et sub loco sororis sue
genus sara similia prioribus
simulans p timore. Accessit aut
abimelech rex gerare z tulit
eam i quo vis fore illius
miranda nota' nonagenaria
adhuc amari poterat. Sz in
egritudine incidit rex dei vo
lūtate ne eā tangeret ut ait
iosephus. Insome at hūiu ca
pituli alia pōe nota' q taliz
q dns cōclusit omem vuluā
domus abimelech pr saram
ne quod sz femineu i domo

eius interim contigeret. Vel dicit
aut desperantibus sospitatem
dixit domino quod sibi propter uxorem
peccatum inferret et precepit ei
ut redderet viro uxorem quia propheta
esset et ille oraret pro eo et viveret.
Statim surgens vocat servos
suos vocavitque abraham et dixit
ei. Quid fecisti nobis. quid vi
disti ut hoc faceres. Et ait abra
ham Cogitavi ne timor dei
esset in loco isto et interficerent me
propter uxorem. Alias autem et vere soror
mea est filia patris. hoc distingue
sui scilicet patris sequitur mei vel qui
est matris subaudi fratris. Vel filia pa
tris mei et non matris meae quia
est neptis mea et et cognata ex
parte fratris mei et non ex parte soro
rum alia translacio. soror mea est
ex parte suo et non ex parte matre. Sic
enim cognatos dicebat fratres sic
et cognatas sorores. Item vero
suum aran patrem suum vocavit
quia senior eo fuerat secundum usum
loquendi quo maiores natu pa
tres vocamus minores filios
et quia dignior. et quia maior af
fectu solet esse propinquorum secundum
viros quam secundum mulieres propterea
quam suam sororem digniori nomine
vocavit sororem filiam potius
quam neptem. Sic finxit eam
filiam patris esse non tamen mentitus
est sic et dominus cum finxit se lon
gius abire. proptem cum domino in
vente eodem hoc dixisse. Et
ita relator fuit verborum domini
ut helizeus relat se non cognoscere
tibus. Et videatur tamen dixit thare
mortua matre abrahe et mor
tuo aran duxisse aliam uxorem
filij et genuisse saram. Unde
et hec dicitur filia thare secundum carnem
et super filia aran secundum suscita
tionem seminis quia solum insistam

relinquit. Oravit autem abraham
pro eo et sanatus est et uxor eius
et ancille eius pepererunt. Et de
dit abimelech abrahe munera
et terram ad habitandum ad opcionem
suam. Sare autem dixit. Ecce
dedi fratri tuo comparte mille argen
teos. hoc erit tibi in velamen
oculorum coram omnibus qui tecum sunt
in memoriam verecundie quia in me
dato deprehensa es. Hic sic dicit
exponendo et pro in singulis
prioribus memento te deprehen
sam. Vel elegans est visio hoc
erit in velamine oculorum id est in spa
tonem finem qui durat annis
et vicina finem et meretrix
es et me tam decepisti. Habe
go tibi hoc in expensas funeris
quod magnis expensis fieri sole
bat maxime audiens. Vel ad
pepla emenda ut tegas faciem
ne ameris. De ortu ysaac et eiectione agar cum filio

Visitavit dominus saram que concepit et pe
pit filium et circumcidit eum abra
ham octavo die. Exinde per
totidem dies iudei filios suos
circumcidunt arabes vero post xiii
annos quia eo tempore hismahel
gentis illius auctor circumcisus
fuit et vocatus est cum ysaac id est
risum quia risum fecerat dominus
parentibus eius in gaudium
conformatum. Crevit puer et
tamen ablactatus est et pater fecit
grande convivium die illa. quia
die illa filius primo accessit ad
mensam patris. Cumque simul lu
derent hismahel et ysaac
ledebat maior minorem. et
intellexit mater in ludo persecutionem
quia si alter pre mortuo vellet
maior dominari minori velud
hebrei dicunt cogebat eum
adorare luteas ymagines

de ortu ysaac et eiectione
agar cum filio

quas fecerat . Quod cum displicuisset
marito dixit ad abraham . Eice an
cillam et filium eius . Quod cum
accepit abraham et dissimulabat
sed dominus dixit ei audi vocem sare
Tum tollens panem et utrem
aque imposuit scapule agar et
tradidit ei puerum . Cumque consupta
esset aqua in deserto et puer desi
ceret siti abiecit mater puerum sub
arbore et sedit longe quantum
iactus iacet sed ne videret filium
morientem et flevit . Et exaudivit
dominus vocem pueri vel fletum matris
precibus . Et dixit angelus matri
Surge tolle puerum et aperuit
oculos eius deus et vidit puteum
deditque puero bibere et implens
utrem abiit . Crevit puer et
moratus est in solitudine pharan
et factus est vir sagittarius et acce
pit ei mater uxorem de terra egi
pti de qua nati sunt ei filii xii
principes tribuum suarum quorum a
pellacione et opida et pagi et
tribus celebrantur . Nabaioth primo
genitus a quo pars arabie
que est ab eufrate usque ad mare
rubrum Nabatea dicitur . Cedar
secundus a quo cedar que est in deserto
Duma sextus a quo duma re
gio . Thema nonus a quo the
man que est ad austrum . Cedema
ultimus a quo cedema que est
ad oriente . De puteo iuramenti

Eodem tempore videns abime
lech abraham multiplicatum
timuit eum et venit cum phi
col principe exercitus sui et ait
Iura mihi per deum ne noceas mihi
et posteris meis sed sicut feci tibi
in mea
misericordiam qua feci tibi
Et corripuit eos abraham ad
puteum quem foderat deus agar
ciecta sed servi abimelech ab
stulerant illum abrahe et fecerat
illum in solitudine pro gregibus ad
aquandum que longe a mansione
eius in solitudine pascebat . Et

restituit ei abimelech puteum
Sed in testimonium quod ipse foderat pu
teum et ablatum restituit ei abi
melech dedit regi septem agnas
et dixit puteum bersabee id est
puteum septem . Vel enim sabee he
brice septem sonat . Et ibidem pro
iuraverunt ambo federis . Unde
et bersabee dictum est puteum id est
puteum iuramenti . Sabee enim
hebrice iuramentum dicitur . Josephus tamen
interpretatur bersabee federis putei
A puteo nomen trahens regio
dicta est et bersabee . Plantavit
abraham ibi nemus
et fuit ibi colonus multis die
bus non habitator . Dicit enim stephanus
in actibus apostolorum quod non acce
pit ibi hereditatem nec spacium
pedis . De immolacione ysaac

Post hec dum habitaret in ber
sabee et ysaac ut dicit iose
phus xxv annorum esset dixit
dominus . Tolle filium tuum unige
nitum quem diligis ysaac et va
de in terram visionis et offer
eum mihi in holocaustum super unum
montium quem monstravero tibi . Terra
visionis dixit illa partem
iudee que est in montanis quia et
ipsa alonge et de ea alonge vi
deri potest que ab ysaia vallis
visionis dicitur . In sinuitate non
montium iudee monticulus alti
eminencior dictusque mons moria
Ibi hec dicunt hebrei post templum
situm in loco in quo et abraham
altare fecit et david angelum
vidit reponentem gladium in
area ornan iebusei . Unde dixit
ysaias . Erit in novissimis
diebus preparatus mons domus
domini in vertice montium et eleva
bitur super colles et fluent ad eum
omnes . Dico autem dominus, precepit
iudeis ne immolarent nisi in
uno loco non in monte quem osten

dixit eis abraham ego de nocte consur
gens nemini quid facturus esset in
dicans secum tulit asinum suum duos
que pueros iuvenes et filium et
sunt iter duorum dierum. Tertio die
elevatis oculis vidit locum procul
hunc perhibent illi errasse qui
dixerunt eum tunc habitasse iuxta be
thel et hai locus enim ille non
distat a monte moria plus uno
diei. Et cum accepisset ligna et
ignem relictis infra iuvenibus
cum asino ascendit solus cum filio
Cui filius Ecce inquit ignis et
ligna ubi est victima holocau
sti. Cui pater deus providebit sibi
victimam. Et statuit aram et ligna
impositis igne adhibuit. Re
fert autem iosephus ubi pater ad
filium dicens quod secundum voluntate
dei ingressus fuerat in mundum mira
biliter ita et de dei voluntate mitte
ret ei egredi mirabiliter quia dominus
quidem dignum iudicasset non egritu
dine non bello non aliqua pas
sione humana vitam finire sed
cum orationibus et sacrificiis animam ipsius
ad se vocare et quia suscitaret
eum ut impleret promissiones
et sic ysaac libens accessit
ad aram et ad mortem. Dequo al
cuinus dicit. Indubitatam aio filium
mactare volebat ladem dux
in constantia offendi et in fide
suscitandi filii. Arrepto autem
gladio ut filium immolaret cla
mat ad eum angelus. Non exte
das manum in puerum nunc cogno
vi quod timeas dominum. Non enim san
ctiorem prius sciebat dominus sed ut
sciret genitum abraham dominum timu
erit. Et vidit abraham post
tergum arietem inter vepres haeren
tem cornibus quem obtulit pro filio
hebreus habet in vepculis sabeth
haerentem cornibus et est sabeth genus
virgulti. hinc erat Eusebius dicens
sabeth hircum erectum ad carpendas

frondes dixit ergo arietem sabeth
id est hircum erectum. Et dicit eum
rabanus non novit tantum sed
aliunde ab angelo allatum. Et
vocavit nomen loci dominus videt. Et
ideo hodie quod in publico dicitur a mu
dis in arto positus in monte do
minus videbit quod tunc sed respe
xit in monte quod ysaac sic nos
videat in hac angustia die
autem liberationis ysaac dicunt
hebrei prima die septembris. Unde
in ea solempnizant et clangunt
cornibus petorinis in memoria
arietis. Et iuravit dominus per se ipsum
de semine multiplicabis cum ysaac
et de terra danda semini eius
Altera die rediit abraham
et reversus est in bersabee nunti
atumque est ei quod melcha genu
isset nachor fratri suo filios
octo primogenitum hus de cuius
stirpe iob descendit sicut scriptum
est. Vir erat in terra hus. Non erat
iob et buz fratrem eius. kamuel
patrem balaam qui secundum hebreos
dicitur in iobi eliu buzites. Errant
ergo qui dicunt iob de genere esau
quod enim in fine libri eius est quod
de syro sermone translatus sit quod
ipse cetus ab esau non habetur
de toto ubi nomina vero nomina fuisse
patrum filios quatuor nachor. De
Rediit autem morte sare
Abraham ad convalle mambre
et mortua est sara cum esset cen
tum xxvii annorum et sepulta
est in ebron in spelunca duplici
quam emit abraham. Contingen
tibus sedibus angeli ab effron supple
tantibus pro eo civibus in templo terre
Erat autem spelunca duplex super
naliter ut artificialiter. Unde spe
luncas hominis quam emit abraham
in sepulturam generi suo in supe
riori sepeliebatur viri in
inferiori mulieres. Tamen ada

de morte sare

ƒrō

ƒrō

de legatione eliezer in mezopotamia

et eua ibidem sepulti erant /
Non piauit abraham emendo
nec ille vendendo. sic nec hodie
qui emet agrum ut faceret cimi
terium nisi forte quia ibi sepulti
erant protoplasti Redemptus tamen dicitur
reprehensus effron et ideo nomen eius
mutatum de effron effram De
legatione eliezer in mezopota
Erat autem abraham senex ma
et dixit ad eliezer procura
torem domus sue, pone manum
tuam sub femore meo et iura
michi per deum celi et terre quod non acci
pias filio meo ysaac uxorem
de filiabus gentium inter quas
habito sed ibis ad cognationem meam
et inde accipies ei uxorem / Si
tamen ex illis noluit aliqua sequi
te non teneberis iuramento Iurat
ergo seruus ponens manum sub femore
eius / Dicunt hebrei quod in sanctifi
catione eius id est in circumcisione eius
iurauit Nos dicimus quod dicitur sub femore di
cimus eum iurasse in semine ab
rahe id est in christo qui de se nasciturum
sciebat unde et dixit Iura michi
per deum celi et terre Et ait sub femo
re ponam manum voluit enim
ut carne christi super omnes futurum
Tulit ergo eliezer decem came
los et abiit ex omnibus bonis
sui domini portans secum maxime
que rara noverit esse in terra ad quam
ibat / profectusque in mesopota
miam ad charram urbem nachor
aspecto quidem labore et tempore ut dicit
iosephus quia in hyeme in mesopo
tamia profunditates in estate aque
defectu in saltibus latrones erant Fe
cit autem camelos accubare iuxta
puteum ante urbem in potas non
lentes ingredi / Cum autem egrederentur
vespere mulieres ad hauriendam
aquam orauit dominum ut inter eas
inveniretur uxor domini sui si ali
qua gentis illius domino devellet
et cognosceretur ita ut aliis nega
tibus aquam ipsi postulanti ipsa

preberet / Et ecce rebecca filia ba
thuelis descendebat et impleuerat
ydriam aliis quidem adventantibus
se peregrino aquam prebuit et ad
iecit Etiam et camelis tuis aquam
hauriam / Et hausta aqua effun
dens in canalibus potum dedit
camelis Ille autem tacitus intuens
eam utrum ydonea esset domino
suo quesiuit ab ea cuius filia
esset et si ei esset locus ad ma
nendum in domo patris / Accepto
ergo quod esset filia bathuelis filii
nachor et melche soror laban
protulit inaures aureas et ar
millas et dedit ei Cucurrit pu
ella in domum matris nuncians
que audierat / Egressus est laban
et introduxit virum in hospicium et
destrauit camelos deditque pa
leas et fenum et lauit pedes
hospitum et apposuit eis panem
Noluit autem eliezer comedere
donec loqueretur sermones propter quos
ipse venerat / Cum ergo dixisset
se seruum abrahe fratris eorum et re
cordatus abraham in multis com
posuit eis petitionem abrahe
et iuramentum quod ipse fecerat et
orationem suam ad puteum a domino
exauditam / Responderunt laban
et bathuel / A domino egressus est sermo
iste abrahe et oro tua non possumus
extra placitum eius quidquam tibi loqui
Ecce rebecca coram te est tolle
eam et sit uxor domini tui / Ver
nondum quod iosephus dicit bathuelem
iam defunctum fuisse et virginem
in custodia matris et fratris esse
et de morte patris prodixisse
puella querenti ad puteum cuius
esset filia / Etiam moyses ubi uxorem
videtur voluisse eam nec tunc ha
buisse patrem cum superius dixit
cucurrit in domum matris / Forte
nomine patris vocaretur quia matris
per mandatum patris de filia

reddenda quod ei reliquerat decedens
inter exposuit. Potuit enim
si ut reddenda ea genti suo de
legasset. Audiens hec puer ab
rahe adorauit dominum qui direxit
iter suum et protulit vasa argentea
et aurea et uestes dans rebecce
matri quoque et fratri eius munera
Surgens mane puer petiit
dimitti pretendens moram qua
fecerat in via et domini senectute
Cumque rogassent ut saltem decem
dies maneret apud eos noluit
et dixerunt Vocemus puel
lam et queramus eius voluntatem
Que sciscitantibus si vellet ire ait
vadam. Et hic primo legitur
consensus mulieris requisitus et ex
inde primum ritum ut requiratur
Et dimiserunt puellam **De aduen**
E o tempore **tu rebecce ad ysaac**
gitabat in terra ysaac et
ambulabat per viam que ducit
ad puteum viuentis et videntis
egressus enim erat ad meditandum
in agro forte de mora sua alia
quoque littera ad exercitandum forte la
borans in agro vel conspiciens ad de
ducendum agens. Rebecca uero
viso ysaac et cognito quod vir
eius esset descendit de camelo
et tollens theristrum id est pallium
album operuit et texit se. Est
autem theristrum genus arabici
vestimenti mulierum. Ysaac uero
introduxit eam in tabernaculum
matris sue et in tantum dilexit eam
ut dolorem qui ex morte ma
tris acciderat temperaret. **De morte ab**
rahe post susceptam sobolem de ce
Abraham alia duxit uxorem
nomine cethuram. Aiunt hebrei
cethuram esse nomen appellatiuum quod
interpretatur copulata. Dicunt enim hanc
fuisse agar que de contubernio
mortua sara transiit in coniugium
Deinde copulata in copulata
ne senex nouis nuptiis lasci

...etu rebecce ad / ...ac

...e abraham post / sobole de cethura

uisse arguatur. Josephus uero dicit
quod antequam misisset pro uxore filii
duxerat eam. Ex hac genuit ei
liberos sex. Annuens enim decerne
pare sit. Et separauit eos abra
ham dum viueret ab ysaac
ad plagam orientalem. Cunctaque que
possederat dedit ysaac. Aliis
uero largitus est munera. Et filii hii
cethure a nomine liberi se facere
nos diximus. Optinuerunt
autem primo trogloditem et felicem
et arabiam usque ad terminos maris
rubri. Refert iosephus quia
ex uno eorum natus est ofer qui
castra sua fixit in libia quam
posteri eius inhabitantes ab illo
affricam denominauerunt. Dicit
quoque Cleden prophetam qui et
malachus dictus est historiam iude
orum scripsisse sed et moyses scrip
sit. que dixisse refert ab uno
filiorum cethure nomine sirrim
syriam vocatam. ab alio uero qui
dictus est apheras affricam dictam
cui descendenti libia herculeus
auxilium tulit et filiam ipsius
nomine ethea duxit herculeus uxo
rem. Et ex ea genuit dedorim
cuius filius fuit pharaon. Fue
runt autem dies abrahe centum
lxxv anni et mortuus est. Et con
gregatus ad populum suum in sinu d
...m et sepelierunt eum ysaac
et hismahel in spelunca dupli
ci cum uxore sua. **De ortu regnorum**
Anno quadragesimo abrahe
mortuus est ninus cuius
uxor semiramis ut posset re
gnare post eum cum filio suo quem
susceperat ex nino nupsit
et ex eo filium genuit qui et
babiloniam ampliauit. Anno
abrahe lxxv facta est ei repro
missio. Anno eius lxxxvi
natus est ei hismahel. Anno
eius centesimo xxxvii mor
tua est sara. Eo tertio autem

de ortu regnorum

regni assiriorum anno vigesi-
quinto ~~cepit~~ cepit spania abrahe sub
belo et tenuit usque ad annum vii
ozie regis iude per annos mille
et trecentos duos per reges triginta
vii usque ad sardana pallum qui
prius pulnynala dicebatur post
que translatum est regnum ad medos
Regnum vero sitiniorum ab anno
xxiiii° nativitatis abrahe ex-
ortum est sub egialeo et tenuit
usque ad annum xxviii heli sacerdo-
tis et iudicis israel per annos no-
gentos lxxi et per reges xxxi
usque ad cusippum post que sicio-
niam iudicaverunt sacerdotes car-
nii septem Siciona autem est regio
que prius appia post peloponensis
dicta est Usque vero ad abraham
iam fuerunt in egipto xv dina-
stie Dinastiam dicunt egipcii si-
mul potestatem Tempore abrahe
dinastiam decem et septem obtinu-
erunt hebrei thebei x et vii pa-
stores reges sic vocati x et vii
diopolitani qui et pharaones
per reges xvii Variate autem sunt
dinastie deguibus quedam
regnum ad alia sepe transeuntes
usque ad tabisem filium cirri sub
quo perse primo imperaverunt egip-
to

De morte hismahelis

Vixit quoque hismahel centum
xxx vii annos et mortuus
est coram cunctis fratribus suis id est
filiis suis adhuc viventibus
obiit Tradunt illum hebrei dis-
sensionem mortuum fuisse coram
cunctis fratribus suis id est coram fili-
is adhuc viventibus obiit Habita-
vit autem posteritas eius abe-
uila usque sur Est vero euila
india ab euila nepote noe
sic dicta Sur autem est solitudo
inter cades et barad extendens
desertum usque ad mare rubrum et
egipti confinia

De labore rebecce

Ysaac xl annorum erat cum duxit
rebeccam uxorem que in iuventa
est sterilis longo tempore vacans
at ysaac patri suo fidem promi-
ssione semen multiplicandi
supra oravit deus ut quod
promiserat impleret Et concepit
mulier geminos duos in utero Et cum
victima esset partui collidebant-
ur in utero eius parvuli Iosephus posu-
erunt ludebat ut calcaribus tenuit
aquila contendebant Ysmaeli in
superficie ferebantur in plenitudine
navibus Legitur pro inde tacentibus
movebantur enim in utero pueri ut
viassimi alter prior alter videt-
ur posse prodire ad ortum Non pro ...
litate utrei matrem qui vix ge-
minos capiens intelligendo
est accidisse ut compressa visu
esset tum de voluntate dei ut de
nostris et nondum natis quod
futurum erat in adultis primogenitus
Nam quam alter contulit per fraudem cessi-
sse alteri per gratiam Imposterum etiam
eorum futuram dissensionem iam tunc
significabat Credunt ut tradunt
in utero satisfactus fuisse iacob
et in hoc motu presignatum quia
non esset consensus xpi ad belial
Mater vero compunit afflicta nollet
concepisse et fere desperans de
partu proxit ut consuleret dominum
Vamo in locus consulendi dominum
in monte quos consulet Et adhuc
legitur in statutu forte ad montem
moria ubi abraham altare fe-
cerat deo Vivit et ymolatis ho-
stiis substratis pellibus earum in-
cubans prosperum accepit ora-
culum Forte more gentium que
incidit in parentibus suis super ...
lauri quod tempore dicunt capiti
suo supposuisse Et rammbar
bonum que agnus castus dicitur in cubu-
it ut visiones capiet fanta-
sticas dormiens non sentiret
nil adhuc vincte ... selatusse
deus consuluit Et unde cumque aut
modo fecit responsum accepit a domino
Due gentes sunt in utero tuo
in patres duarum gentium que
in te per dividentur Et compugnabunt

sed maior serviet minori quod
de primis nequaquam dictum est cum
maior sit prefuit minori sed de po
pulis. Idumei enim qui de esau
fuerunt erant tributarii iudeis qui
de iacob. vel forte intelligit esau
fuisse iacob dum persecutus est
eum. ut lima confert ferro fornax
ferro flagellum grano. Cum ergo duos
peperisset qui prior egressus est rufus
erat et totus in modum pellis hi
spidus. et dictus est esau id est seir
hebraice enim seron capillatum
sonat. Dictus est autem proprio nomine
esau id est factus. Protinus alter egredi
ens plantam fratris manu tenebat
quasi retrahere volens fratrem a primo
genitura. et ideo dictus est iacob
id est supplantator. Sexagenarius
ergo ysaac erat cum nati sunt ei
pueri. Vivebat ergo abraham
et adhuc quindecim annis super
vixit. Abraham enim post centum
annos genuit ysaac. vixit nato ysa
ac legitur per centum lxxv annis
vixisse. Itaque sexagenario ysa
ac restabant abrahe anni ad
xv ad vitam. Hoc idem dicit
et iosephus sic ait. Porro post
mortem abrahe concepit uxor
ysaac etc. Morte eius forte
appellant quem iam penitus effecto
tempore generare desiit. Ipse enim
tociens litem non esse dictum pre
capitulatorum indicat. Incidentia

Porro eodem anno quo nati
sunt gemini ysaac regnum
argivorum ortum est sub ynacho
primo rege. Ysidorus primo rege. Steterunt
usque ad annum xii delboe et
barac iudicum israel. Duravit
autem usque ad ultimum acrisium per
reges xiiii et annos quingentos
xliiii. Perseus vero cum non
sponte interfecisset acrisium in
vinceret reliquid ergo agros et
transtulit regnum apud micenas

sed si legis in historiis regnum
hoc processisse a ynacho usque ad
agamemnonem intellige postea de
generatione ibi usque tunc regna
isse et datum regnum danao quia
non erat degenere regio. De venatione persequere esau
Porro cum adole- De venatione persequere esau
vissent facti sunt esau et iacob filii ysaac. Factus est esau vena
tor et iacob agricola et pastor
habitavit in tabernaculis. Pater
diligebat esau tum quia primo
genitus erat tum quia de venatione
eius vescebatur libenter. Ysaac
vero diligebat iacob tum propter sim
plicitatem tum propter dei inspiracione
factum est. At cum coxisset iacob
pulmentum lenticule esau
lassus rediit ab agro et ait
da mihi de coctione hac rufa
quia oppido fessus sum. Quod dicit
esuriens non per plassitudine suffecit
in pulmentum parare. Cui dixit
iacob. Vende mihi primogenita
tua. Esau parvipendens primo
genita putans se moriturum nisi
in instanti comederet dedit ei
primogenita pro edulio lentis et
lavavit etiam venditorem se ra
tum constituerit. Et quia lenticula
fulva est hebraice autem edom fu
lvum dicitur vocatus est edom
a quo postea dicta est regio y
dumea. Erat autem primogenita
quedam dignitates quas habue
runt primogeniti in tabernaculis
suis usque ad aaron. Habebat
enim primogenitus veste specia
lem qua induebatur tamen in
sacrificiis offerendis et receptis
spiritale benedictionem a patre in pe
in solempnitatibus in conviviis
benedicebat minoribus et in ipsis
dupla ciborum portionem recipi
ebat. Tradunt etiam quod in divi
sione hereditatis similiter in
duplum recipiebat. De decessu de decessu ysaac in gerara
ysaac in gerara et ubi

no[ta]

Orta aut fame cu vellent
ire ysaac i egiptu ꝑcepto
to dei remansit i gerar<s> ab
amicicia abrahe receptus e ab
abimelech ad exemplu pris
dixit de uxore sua soror mea
est. Cu forte ꝑ dies plurimos
uidit abimelech ꝑ fenestram
ysaac iocante cu uxore sua
et accersito ait. Cur mẽtitus
isti nobis. Et e hic i ꝑpoit
absolutu i ꝑpositura i solu
fate et e cur nos decepisti
cur mẽtitus es sororem tuam
esse. Potuisti sup nos i du
ce grande malu si qs cogno
uisset uxorem tuam libere abi
ro reputans. Et ait ad ppłm
suu. Qui tetigerit uxore ho
minis huius morte morietur. Se
minauit ysaac i tra illa et
inuenit centuplu estiatio
i estimat secundu q recorda
bat desenne alias iacto ce
tuplu recepisse nt de bna spe
hic esse potuit si i omi gñre
opu forte contemplatiõe. Vn
alia translatio hec inuenit in
illo anno centuplu. Ob hoc in
uidentes ei palestini pute
os quos foderat pat eius ob
struxerut implentes humo
abimelech ac timens eu
dixit ei. Recede a nobis
q potencior nobis factus es
Et recedens ysaac venit in
agrum qui dicitur pha i conuallis
et habitauit iuxta alueum p
que torrens aquas influebat
et eruderauit ibi puteos
quos aliqñ ibi foderat pr suus
sed eo mortuo obstruxerant eos
philistei. Et cu i venisset aqua
viua iurgati sut pastores
gerare adusus eos dicentes
Nostra e aqua. Et ob hoc vocat
puteu esca i calumnia ut
iurgiu. Et recedens inde
fodit aliu puteu et pro illo q3
iurgati sut. Et ob hoc appellat
eu sathana i contrariu ut
inimicitias. Ritus q3 puteorum
et iosephus opus i ꝑsentu reli
quit nolens contendere cu indi
genis. constans bone vo
luntatis corpore et mẽte licencia
Profectus q3 inde fodit itera
puteu ꝑ quo no contendebant
ob hoc vocauit eu roboor i lati
tudine q dilatatus euadit sup
terra. Et de illo loco ascendit in
bersabee et apparuit ei ipa nocte
ei dns ꝑmittens ei que ꝑmi
serat pri eius. Et edificans al
tare inuocauit ibi nome dni
et precepit suis ut ibi foderet
puteu verisimile e q erux
derunt puteu abrahe. Eo
tpe venit ad eu abimelech
et phicol dux militu et in
ierunt inter se fedus firmantes
eode die redierunt pueri ad
ysaac nunciantes de puteo que
foderant q inuenissent aqua
et appellauit eu bersabee i
puteu saturitatis et iuramenti
et ꝑpositu e hic nomen urbi usq3
i ꝑsentem diem. Et no quia
i modico uocis sonu distat ab hoc
tua hic nomen differt a nomine
qd abraham olim i posuerat
sabee enim ꝑ s in hebreo septem
septimu ut iuramentu sonat
et ꝑ scr̃ig sicut debet. Septimu ut
ꝑrima fuit saturitate ꝑgnat
et mollis sonat. Incidentia
Eo tpe phoroneus filius i
nachi et niobes ꝑrimus
grecie leges dedit et ꝑti iudice
causas agi instituit locu q3
iudiciis destinatu a nomine suo
foru appellauit. Ceorops ꝑmus
ysis i egiptu nauigauit
et quosdam apices liar i tradit
egiptiis de agri cultura etia

docuit eos multa unde cum ysio
duceret ysis ab eis dicta e que
lingua eorum terra sonat et obsc
post mortem in numerum deorum in egip
to recepta est. Filius uero phoronei
qui apis dictus eo tempore in egiptum
nauigauit quem cessa[illegible] ysi
dis fuisse tradit et similiter ab
egiptijs deificatus est et serapis
nominatur. **De uxoribus esau**

uxoribus esau
Esau uero quadragenarius du
xit uxores iudith et besa
math filias potentum uirorum
nutr chananeos semetipsum
dum faceret in potestate uxorum
que tamen ambe offendissent
ysaac animum propter mala eos sue
misteri cognacionum tamen melius
sile desiuit **De benediccionibus iacob**

[illegible]tionibus iacob
Senuit ysaac et uidere non
poterat. Et dixit ad esau
affer michi cibos de uenacione
tua ut comedam et benedicat tibi
anima mea antequam moriar. Egresso
esau ad uenandum dixit rebec
ca iacob. Audiui patrem
loquentem cum fratre tuo. Affer ergo
michi cito duos edos optimos ut
faciam patri tuo escas quibus libenter
uescatur ut benedicat tibi pro esau.
Et abijt ille et attulit dedit
matri. Que cum parasset cibos
induit iacob uestibus esau
ualde bonis quibus ut dixi9
utebantur primogeniti. Timebat
ergo iacob ne deprehensus a patre
susciperet maledictionem pro benedic
tione. Porro mater pelliculas
edorum manibus et collo eius circumde
dit ut similitudine pilosi fratris
exprimeret. In alijs enim quasi simi
les erant tamquam gemini. Acceptos
cibos iacob intulit patri dicens.
Ego sum esau filius tuus comede
de uenacione mea ut benedicat
michi anima tua. Cui ysaac accede
ut tangam te et probem utrum
sis esau an non. Et cum palpa
sset ait vox iacob est sed manus
esau sunt. Cum autem comedisset

et bibisset uinum osculatus est filium
et benedixit ei dicens. Det tibi
deus de rore celi et de pingue
dine terre habundanciam frumenti
uini et olei. His tribus scilicet omnis
terre fertilitas intelligitur. Frumentum
cibus primus potus oleum
pulmentarium. Et addidit Seruiant
tibi tribus populi et tribus esto dominus
fratrum tuorum. Et qui maledixerit
tibi sit ille maledictus et qui
benedixerit tibi benediccionibus re
pleatur. Sed tu quere in benediccione
promissa sit habundancia potencia
primogenita presentis temporis sunt
effectiuo uero sed benediccio futurum est
et ideo in benediccionibus sacerdotum
maior solet dici. Benedictus est
autem iacob secundum uerba non secundum
intencionem patris. Sic episcopus
ordinat alienum quem putat
suum et est ordinatus. Vix ser
mone impleuerat pater. Egresso
iacob uenit esau cibos in
ferens patri petens ab eo benedic
tionem. Expauit ysaac uehe
menter. Inchoat optans uidit
in spiritu a domino hoc esse factum et
significatorem pie fraudis intel
lexit. Et ideo non yrascens sed
confirmans quod fecerat ait. Venit
germanus tuus fraudulenter et accepit
benediccionem tuam et erit benedictus.
Cui esau Recte uocatum est
nomen eius iacob. En altera
uice me supplantauit idest bis
me decepit. Prius primogenita
secundo benediccionem surripiens. Cumque
et ipse a patre benedici postularet
et pater hesitaret in quo benediceret
ei uehementer instaret. motus
ysaac ait. In pinguedine terre
et in rore celi desuper erit benediccio
tua et ita fuit. Idumea enim
pascualis fuit. Et addidit
de posteris eius. Apparebis uiuens
gladio in bellicosus eris et

sri tuo servies cu s̄z idumea sita
e tributaria domini ysrl / s̄z veniet
tpus cu excuties iugu eius
de cervicibz tuis / sic impletu
e cu rebellauerunt idumei ne
essent sub iuda

sopno iacob cu fugeret i mesopotamiam

De sopno iacob cu fugeret in me sopotamiam

Odeat g° Esau iacob & dixit i cor
de suo veniet dies luct⁹ i
mort̄ pris mei ut occidam
iacob / Nunciata st̄ h̄ec rebec
ce / Eade sp̄u sciuit rebecca co
gitaciones quo ītmauat ia
cob fraudare fr̄em / Excusat²
g° iacob de mediato ī fr̄em
& dolo ī fr̄em pmissionem ītī
mat' uo pfamiliare sibi lui
spc siti / Que ait ad iacob fu
ge ad laban fr̄em meu & esto
ibi donc quescat idignacio
fr̄is tui / & nod ne abs pplice
tia pris fiet ait rebecca filio
suo fri / Si acceperit iacob iacob
uxorem de filiabz h̄et nolo
uiue / Et ad uocans ysaac
iacob bndixit ei et precepit
ut ī mesopotamia iret acci
pe sibi uxorem de filiabus laban
Videns aut esau q̄ offendisset
prem suu ꝯnubiis alieni
generis iuit ad hismahelem
patruu suu accipiens sibi uxo
rem filiam eius maleth soro
rem nabaioth utermam absque
his qs prius h̄ebat / Igr̄ egressus
iacob de bersabee pgebat aran
Per chananeo uo iter faciens
tmuit icolas tre / Q̄ uo ut
ait iosephus chananei erant
inde boti ysaac / Fortibus bel
lis eius ꝯtrarii ualde maxime
cu charietham cepisset cuius qua
prupue labodaucit / Tmuit
g° iacob ap° aliquē pl̄mcia
lium intrare i sub diuo iacebat
Cu at uenisset iux̄ luza uesp̄e
supposuit capiti suo lapidem
et obdormiuit / Et uidit i sop
nis scala ab tris celos attigente
& ascendentes angelos & descende
tes p eam / Iosephus dt̄ uidit de
scendentes figuras p eam gene
racionem figuras gentes qua h̄oies
& dnm ī nixu scale dicente
sibi / Ego su deus abraha & ysaac
trram h̄ac tibi dabo & semi tuo
Bndicent ī te & ī semie tuo
omes tribus tre / Ero custos tuus
ī h̄oc itine & reducam te ī tra
h̄anc / Cū dixe pposcos ūs est
dns ipse cum ī ipsa psona
custodit iacob p⁹ sublios sue de
dit semi ei⁹ trram illa ī sine
tpm ī xpo q̄ de iacob bndicte
sut tribus tre / Euigilans aut
iacob ait uē dns e ī loco isto
& ego nesciebam / Terribilis est
locus iste & e domus dei h̄ic
et porta celi / Pphetat' q̄ dele
ge & teplo & passione xpi
que ī tra illa futura erant
Terribilis e loc⁹ enim domini
teplum ꝯpassio xpi aptio pte
celi / Et lapide que supposuerat
capiti suo erexit ibi ī titulu
ī ī come dublem meoriam
h̄uius visionis / Et libauit
sup eu holocaustu dno uoues
dnm qui apparuit ibi sp̄ ee in
dnm & lapide ī locu lapidis
semp sibi esse honorabilem
& ī reditu decimas & hostias
se ibi oblaturum & urbe pxima
honoranda decreuit uocans
ea bethel ī domu dei / ut sm
iosephum ī hostia dī / Prius enim
iebuseis qui ea ꝯdiderant
luza uocabat² ī nux uel
amigdalus tu q̄ p° ibi fu
danda iacent radix amig
dalina ī uenta e ut forte
copia h̄ui⁹ gnis arbor̄ ibi
e / Procedens ī mesopotamia
longo tpe puenit ī arran
& uenit ad puteu in agro

optu lapide contexit. iuxta que tres
greges accubabant. Cumque di-
xisset pastoribus ut adaquarent
greges et ad pastum reducerent
acceperunt moris esse ibi non amo-
veri lapidem donec omnes greges
convenirent nec licere particulatim
greges adaquare. Cumque percuncta
retur de laban valet inquiunt
pastores et ecce rachel filia
eius cum grege suo. Et cum ad-
venisset amovit iacob lapidem
ab ore putei et adaquavit gre-
gem eius. Patet quod non solus movit
iacob. Et indicavit se consobrinum
eius osculatus est eam que nunci-
avit hoc patri qui occurrens duxit
iacob in domum suam et audita
causa fuge dixit ei. Os meum
et caro mea es et ideo secure la-
tebis apud me. Tandem cum
cunctis eum hic defuit. Post
mensem vero dedit iacob optio-
nem mercedis pro munere pasto-
rali.

uxoribus iacob

De duabus uxoribus Iacob

Habebat autem laban duas
filias. lyam lippam oculis
et rachel venusto aspectu quam
diligens iacob ait. Serviam tibi pro
rachel vii annis. Et videbantur
ei pauci dies pro amoris ma-
gnitudine. Et dictum est parum
quia desideranti animo ipsa velocitas
tarda est sed dictum est pauca quia
videbatur ei rem tam amabi-
lem parvi emisse longe enim
pluribus annis servivisset pro ea postquam
qua ea careret. Vel dies vocat
laborem dierum qui videbatur
ei parvus quia laborem leviga-
bat amor. Completo vii° anno
fecit laban nuptias genero suo
vespere autem facto subintroduxit
lyam dans filie ancillam zel-
pham. Iacob vero ut dicit iosephus
ebrietate et nocte lye commixtus
est. Die facta apud laban de i-
niuria conquerebatur. Et quidam
dant notitiam venia postulat
moris ibi esse asserens maio-
res ante tradi ad nuptias sed
postquam alios septem annos se daturum
ei rachel laudatur. Nam protelati
temporibus dicens se non libenter fi-
liam ad chananeos missurum
cum timeret de sorore penitentiam
ageret quod eam illuc duxisset.
Secundum vero dicunt errasse illos qui
dixerunt post vii annos alios
rachel traditam sed post vii dies
conviviorum. Unde qui probat alia
superinducta sponsa prior non
erat quibus finitis iacob optatis
potitus nuptiis amorem sequentis
priori pretulit serviens pro rachel
vii annis.

de quatuor filiis lye et filiis ancillarum

De quatuor filiis lye et filiis ancillarum

Dominus autem
aperuit vulvam lye sorore
sterili data ut amorem viri fe-
Sic fecerunt septem diebus. Die
autem septimo septies eam circui-
erunt et in circuitu septimo dixit
iosue ad populum vociferamini et
attendite sitque civitas hec a-
nathema preter aurum et argen-
tum et es et ferrum quod conserva-
bitur domino in primitias erarium
nostrorum. Sola raab cum suis sal-
vabitur. Igitur vociferante populo
et clangentibus tubis muri
funditus corruerunt et ascendit
quisque per locum qui contra se erat
et interfecerunt omne vivens
in ea in victimam domino. Preter quam
Raab vero honorata mulieribus
cum omni domo sua reperit
in Israel imperium. Quam pre-
dente ipse duxit Salmon in
uxorem princeps in tribu iuda.
Tunc imprecatus est iosue dicens
Maledictus qui reedificaverit ie-
richo. In primogenito suo funda-
menta illius iaciat et in novissimo
liberorum ponat portas eius.
Quod impletum est ut post loque-
bimur. De lapidatione achor

de lapidatione achor

Porro achor vel achar filius
charmi de tribu iuda tulit
aliquid de anathemate clam vi-
delicet coccineam et togam auro
contextam, iosephus ait mazam
l. ducentos siclos, tulitque totidem
siclos argenti regulamque aure-
am vel lingulam l siclorum. Mi-
sitque iosue viros de iericho
qui explorarent civitatem hay
que est iuxta bethel. Qui reverten-
tes dixerunt Non ascendat omnis
populus sufficiunt iii m ad capienda
urbe. Iosephus tria milia xxx. Cumque
cum ascendissent terga vertentes
percussi sunt a viris urbis hay
et corruerunt ex eis xxx et vi
viri. Iosue vero scidit vestimenta
sua et iacuit pronus ante archam
usque ad vesperam et senes populi
cum eo sacco induti et lique-
factum est cor populi. Verebantur enim
ne timor eorum qui invaserat
chananeos transiret in audaciam
adeo ut impetum facerent in
ipsos. Dixitque dominus ad iosue
Pollutus est populus anathemate
non ero cum eo donec indeletur.
Applica tribus populi ad te et
fiat sorte per tribus et familias
domos et capita et quecumque
sors invenerit comburetur igni
cum omni substantia sua. Quo facto
invenit sors tribum iude deinde
familiam zare tandem domum
charmi ad ultimum caput
achor et dixit illi Iosue fili

da gloriam deo confitendo quod fecerit. Et suo confessio missi sunt nuntii ad tentorium eius qui prefatam pecuniam reconditam intra retulerunt ad populum. Tollens itaque iosue illa cum universa domo eius et iumentis et universa supellectili duxit eum in vallem confusionis lapidavitque eum omnis israel et cuncta que illius erant igne consumpta sunt feceruntque super eum acervum lapidum qui permanet usque in presentem diem vocatusque est nomen loci illius vallis achor. Nec putandus est populum neglexisse mandatum domini quo preceperat eum comburendum. Tamen in sacra scriptura ignis concremationis pena accipi solet ut ibi de fornace ferrea egipti. Putant tamen hebrei eum precepisse ipsum lapidari et alia que lapidibus obrui possent cetera que lapides non sentirent igne cremari. Tradit augustinus tamen iosue fecisse hoc quadam consideratione quia eum penituit achor et sic dignus non erat igne iehennali. Et noluit illum urere qui dignus non erat igne. Vel si non penituit et dignus erat igne et non reservavit penam domino ignis. Punivitque eum alio genere pene ne videretur puniri bis in idipsum.

Incendia

De incendio

Postea sumpsit iosue et omnis populus cum eo ut ascenderent in hay et premisit xxx viros inter bethel et hay ad occidentem. Et xxx dimissis in locum insidiarum quinque milibus redierunt ad occasum qui erat ad aquilonem. Rex autem hay festinavit mane egredi cum omni populo suo ignorans quod post tergum laterent insidie. Iosue vero fugiens cum longius contraxisset eos ab urbe elevavit clipeum quem gerebat. Et suo visu surrexerunt qui erant in insidiis et intrantes urbem succenderunt eam. Et civibus egressis post hostes et iosue impetu faciente in eos conversi parte cedebantur adversarii et interfecerunt a viro omne usque ad mulierem xii hominum predamque sibi diviserunt suspendentes regem hay in patibulo usque ad vesperam. Sicut deponentes eum proiecerunt in introitu civitatis congesto super eum acervo lapidum succendentes urbem fecerunt eam tumulum sempiternum. Hic postponit historia de altari illo quod structum est inter garizim et hebal. super quod scripsit iosue deuteronomium et de benedictionibus et maledictionibus factis super montes illos de quibus loco suo diximus.

De dolo gabaonitarum

Gabaonite vero audientes que fecerat iosue duabus urbibus et quod ex mandato domini nulli parceret habitancium promissionis ut amicicias cum eis faceret callide cogitaverunt inire fedus cum israel. Miseruntque nuntios quasi de longinquo venientes. Et in argumentum longi itineris utres ferebant et sotulares veteres et pictaciis consutos panesque in viaticis eorum duri erant et mucidi et in frusta comminuti. Et cum venissent in galgalis dixerunt ad israel. De terra longinqua venimus que est extra terram que vobis sorte debetur. Servi vestri sumus fedus inite

nobiscum. Credideruntque eis filii israel et os domini non interrogaverunt. Initoque cum eis federe iuraverunt eis iosue et eleazar et omnes principes multitudinis. Post triduum vero cognovit israel se circumventum esse a gabaonitis movensque castra venerunt ut everterent civitates eorum. egressi quoque sunt gabaonite obviam eis. Et ait iosue quare imposuistis nobis. Qui dixerunt timuimus valde et de consilio providimus animabus nostris facite quod vobis bonum et rectum videtur. Tunc acclamavit populus non esse standum in iuramento quod per subreptionem factum erat presertim cum dominum inconsuluissent. Talibus confederari. aquarios vero qui iuraverant pro religione iurisiurandi suadenda et murmure populi sedando sic dispensaverunt ut non haberent eos socios sed servos aquarios et dicti sunt nathinei et lignarios qui scilicet ligna cederent et aquas comportarent in usus altaris in loco quem sibi dominus elegisset. Quo facto rediit israel in galgalis. De quinque regibus suspensis

Hoc tempore regnabat in ierusalem adonisedech qui interpretatur dominus iustus forte sic vocabantur reges ierosolimorum. Nam et melchisedech sonat regem iustum. Qui cum audisset gabaonitas federatos cum israel timuit valde et convocat quatuor reges secum et ascenderunt quinque reges amorreorum et obsederunt gabaon. Obsessi autem miserunt ad iosue dicentes. Ascende cito et libera nos. Qui collecto exercitu irruit repente super hostes et ipsi sunt in fugam per descensum bethoron. Et dominus misit grandinem super eos et plures occidit grando quam gladius. Videns autem iosue solem descendere timens ne beneficio noctis evaderent hostes clamavit ad dominum dicens. Sol contra gabaon ne movearis et luna contra vallem haylon. Steteruntque sol et luna spacio unius diei. Non ante nec postea tam longus dies. Quinque vero reges absconderunt se in spelunca urbis maceda. Precepitque iosue sociis et ait volvite saxa ad os spelunce et apponite custodes. Vos autem persequimini hostes. Cesis itaque adversariis magna plaga rediit exercitus ad iosue in maceda ubi tunc erant castra saul et integro numero. Et ait iosue producite quinque reges de spelunca. quibus eductis dixit ad principes exercitus ponite pedes super colla regum istorum ne timeatis. Sic faciet dominus cunctis hostibus vestris. Quo facto suspenderunt reges in patibulis depositosque ad vesperam proiecerunt in speluncam in qua latuerant et posuerunt super os eius saxa in tumulum. Sed et in eadem die percussit maceda et regem eius in ore gladii. Postea vero vastavit lebnam et lachis eglon quoque et hebron et dabir et reversus est cum omni israhele ad locum castrorum galgala. De xxxiiii^or regibus suspensis

Quos cum audisset Iabim rex asor misit ad omnes reges circumstantes. Egressi quoque sunt xxxiiii^or reges cum

de xxxiiii^or regibus suspensis

turmis suis Gentes secum
eat armatorum et non cautum
et convenerunt ad aquas me
ron ut pugnarent contra israel.
Dixit dominus ad iosue Ne time
as eos. Cras hanc horam eos tibi
vulnerandos. equos eorum sub
nervabis et currus igne com
bures factumque est ita. Percus
serunt quoque omnes filii israel reges
eos qui se in munitiones muni
tissimas receperunt. Fecerat
enim sibi chananei plures mu
nitiones pro qualitate a die quo
audierant egressum de egy
pto adversum se nec eas in
longo tempore et gravi labore
obtinuit israel. Vastavit in
universam terram regione illi
etati horum parcens autem
sermoni dictatus quod est super montes
ostiosum poda

De altari in Hebal et prima distributione terre

de altari Hebal et prima distributione terre

Quinto anno
iam fructificat et fructifi
cat iosue locum castrorum in
silo et ibidem transtulit taber
naculum cum omni ornatu suo
pro loci oportunitate et inde
processit in sichem cum omni populo
et constituit in monte Hebal
altare domino de lapidibus impo
litis obtulitque super holocausta
et pacifica scripsitque super illud
deuteronomium quod quidam intel
ligunt mandata tantum deuteronomii
posuitque mediam par
tem populi super montem Hebal
cum sacerdotibus et levitis alia
pars media in monte Garizim
cum sacerdotibus et levitis et
acclamaverunt sibi alternatim
benedictiones et maledictiones
quas mandaverat illis moyses.
Porro Josephus tradit male
dicta et benedicta iosue in al
taribus conscripta reliquisse

Secundo facto redierunt in sylo. Con
cessit autem iosue chaleb in da
montana ad meridiem que
iam acquisierat sed non dum
sorte tradidit. Effraim quoque
concessit montana ad aquilone
inter utrumque mediam tribum
manasse collocavit. has con
misit terram aliis in castra
manentibus cum quia digniores
censebat enim inde regnum
esse promissum et manasse et
effraim benedixisse iacob pro
beneficio ioseph patris eorum.
Sed et ipse quoque iosue effraita
erat. Dedit autem effraim extra
sortem aliorum agrum sychem quem
dederat iacob singulariter ioseph
filio suo et sepellierunt in eo
ossa ioseph. Jeronimus tamen testatur
se vidisse in sychem sepulcra
aliorum XI patriarcharum et credibi
le est quod queque tribus suum
patriarcham in sua retulerint
sorte etc. **Quod Ebron data est caleph** q cb calq

Accessit autem caleph
filius iephone ad iosue co
ram omni populo et ait Nosti
que locutus sit dominus de me et
de te ad moysen. et quod iuravit
michi moyses in reditu ab explo
ratione dicens terra quam calca
verit pes tuus erit posse
ssio tua in eternum pollicitus
que est in dominus terram in qua
venimus enachim te audiente
xl annis et quinque fuit ex quo
locutus est dominus verbum hoc. Hodie
lxxxv annorum sum et sic valeo
ut eo tempore valebam. Benedixitque
ei iosue et tradidit ei hebron
in possessionem et quievit terra
a preliis. **Secundo iosue divisit terram sorte in novem tribubus** secundo terre sor
Iterum convocata
iosue ecclesia in sylo et
ait Semini homini est ut terram

qua promisit vob dns sorte
diuidamus. Assumpsit ergo de sin
gulis tribubus tres viros indu
striosos ad considerandam terram. De
dit eis x viros metiendi
peritos quos propter arte unitas
no latet. Mandans eis ne in
quantitate terram metiret sed
secundum estimationem fertilitatis
tre et que minus esset iocunda
Nam sepe plus fuit x iugeribus
quam c. et quam in septem redigentur
tre diuisione. Viri autem circuien
tes terram et estimantes v[...]
mense adeu reuersi sunt in sy
lo completis sortibus prima
sors iude egressa secunda symeo
onis tercia beniamin. Hec sors
angustissima fuit propter tre
fertilitatem. Tulerunt enim ieri
cho et ierosolyma. Quarta ess
ysachar quinta medietati mana
sse sexta ysachar septima
zabulon viii asserit ix ne
ptalim. Vltima danis. Et
notandum quod secundum concessione tre
prius factam duabus tribubus
et dimidie et traditionem postea
factam secundum sors ix tribubus
et dimidie varie quidam locuti
doctores auctores. Legitur enim quod
iudas habuit terram sine sorte
et quod obtinuit ierusalem nec potuit
inde eicere iebuseum que de
concessione dicta sunt. Alibi le
gitur quod beniamin possedit ierusalem
quod de diuisione dictum est. Iterum
legitur quod iosue locutus est septem
tribubus. Usquequo torpetis igna
uia. Date michi viros qui di
uidant vobis terram. Cum hec
omnibus diuisisset vii tm legitur
quod post diuisisse duabus tribubus
et dimidie terram concessam
quam tradita possidebat. Inde est
quod hic nomine iudea diuisio

modis accipitur. Aliquando dicitur
iudea tota terra promissionis
et tunc dicuntur iudei secundum quod
dicitur pompeius iudeam fecisse
tributariam. Aliquando iudea tantum
regnum iuda ut ibi audiuit
ioseph quod archelaus regnaret
in iudea. Aliquando propria sorte
iude ut ibi iudea et ierusalem
id est sors iude et beniamin
Si ergo ita hec sibi alloqui
videntur auctores debemus
est secundum terram concessam vel
traditam. Nam et iudas et
effraym maiorem habuerunt
concessam quam traditam. Soli autem
duo quasi priuilegiati sine
sorte terram habuerunt. Caleph
habuit ebron. Iosue habuit tam
nata vel tamnasara et ut
sychem. Secundum iosephum hanc
partem elegit sibi iosue post
distributionem omnibus factam tam
quam bonus dispensator. Sed
et leuitis sepeliuit xl viii ci
uitates ad inhabitandum. Quarum
prima x prius acceperant in amor
rea. De reliquis xxxviii [...]
constituit ciuitates refugii
hebron de iuda sychem de
effraym cades de neptalim.
Tunc locuti sunt filii ioseph
ad iosue. Cur dedisti nobis
possessionem vnius funiculi
cum simus tante multitudinis.
Respondit eis iosue ad effraym
et manasse populus multus es
et fortis non eris contentus
sorte tua sed transibis ad mon
tem et poteris vltra terminos
tre possessionis precede et
parare tibi locum. Deinceps
apte datis
a patre

Hoc tempore ascendit
caleph in terram sibi traditam
et percussit in ebron tres filios
enach. Et ascendit inde ad

d'inrug[...] virginius arcdat apr[...]

dedit ciuitatem dabir que prius
vocabatur cariathsepher id est
ciuitas litterarum. Ciues enim eius
sapientes erant. Cum inuenisset
munitam ait. Qui primus percu
sserit urbem hanc et ceperit da
bo axam filiam meam uxorem.
Cum ea et cepit eam othoniel
filius cenez frater caleph iu
nior eo. Erant autem uterini fratres
tres. Iram ille filius ie
phone iste uero filius cenez
dictus non forte propter corporis bino
minus fuerit. Deditque itaque
caleph fratri suo filiam axam
in uxorem que cum pergeret cum
viro admonita est a viro ut peteret a patre suo
agrum in conuallibus. Suspira
uitque et fleuit ut sedebat
in asino. Cui caleph quid ha
bes inquit. At illa da michi
benedictionem. Terram arentem
dedisti michi iunge et irriguam.
Deditque ei caleph irriguum
superius et inferius id est a
gros irriguos circa ciuitatem
ab oriente et occidente. De redi

tu duorum tribuum et
dimidie

Hodem tempore cum iam prius
transisset annus dixit iosue
ruben et gad et dimidie
tribui manasse. Fecistis que
precepit uobis moyses fa
mulus dei et quia dedit dominus
fratribus uestris quietem reuertimini
ad terram possessionis uestre
ita dumtaxat ut custodiatis
legem dei et colatis cum nec
catis post deos alienos quia
archam et tabernaculum non
habetis. Fratres siquidem et fa
muli dei licet interiecto flu
mine separemur. In multa sub
stantia reditis diuidite ea

cum fratribus qui remanserunt.
Qui recedentes peruenerunt
ad tumulos iordanis. Sic enim
dictus est locus per quem transierunt
alius per quem transierant filii
israel dicta uada iordanis.
Et edificauerunt iuxta iordanem
altare infinite magnitudinis
vocantes quasi nomine illud testio
nium nostrum quod dominus ipse est deus.
Videtur quod uellet iosephus quod al
tare super instruxisset illud.
Cumque rediisset aggressa nuncia
tum est iosue et hiis qui re
manserant de edificatione al
taris et arbitrati sunt illos cre
uisse illico ut immolarent
super eo uictimas quod non
licebat nisi super altare quod
statuerat dominus ante tabernaculum.
Cumque arripuissent arma ut
eos delerent de consilio missus
est ad eos fineces et decem ho
norati cum illo qui dixerunt
ad illos que est ista transgressio.
Cur reliquistis deum israel et
cultum eius edificantes uobis
altare sacrilegum. At illi respondě
runt. Absit a nobis hoc scelus.
Alioquin ipse deus querat et
iudicet. Sed timuimus ne
cras dicerent filii uestri filiis
nostris. Quid nobis et uobis
quid uobis et domino deo israel.
Terminum posuit dominus deus
inter nos et uos. Quasi ergo re
memoriale hoc erexumus in
signum quod fratres uestri sumus
et deicole uobiscum. Hiis auditis
placatus est phinees. Et cum
retulisset uerba hec ad eos
ipsi laudauerunt deum. Hic ui
detur quibusdam sensum esse quod
legitur in iudicum in angelus

de reditu duorum tribuum et dimidie

domum transierit de galgala
ad locum flentium / sed quia postea
videtur angustio hic factum esse
post mortem iosue. Non enim au
dierunt filii israel eo vivente
aperte recedere a deo. nos illud
suo loco explicabimus. De fe
dere quod statuit populus ad deum

statuit populus ad deum

Revoluto
erat multo tempore
congregavit iosue omnem
multitudinem israel in sychem et
ait. Ego hodie ingredior viam
universe terre et scio vos pronos
ad imitandum deos. Eligite hodie
quod placet cui potissimum
servire debeatis utrum diis qui
bus servierunt patres nostri in
mesopotamia an diis amor
reorum in quorum terra habitatis. ego
autem et domus mea serviemus
domino. Et ait populus / Domino servi
emus absit ut a deo recedamus
Et dixit iosue. testes vos
estis quia hodie elegistis vobis
dominum / et inquerunt testes sumus
Et ascenderunt in sylo ut sta
rent coram domino / pepigitque po
pulus in die illa fedus cum
domino et in signum federis effudit
iosue aquam super terram. Mos
erat gentilibus in signum et
robur federis mixti sanguini
ne suillum effundere quasi dicentes
Sic effundetur sanguis illius
qui violavit fedus. Hebrei
vero aquam fundentes altiorem
penam in violatorem indi
tabunt. Alii enim liquores non
effunduntur de vase quin aliquod
sui vestigium in eo relinquunt
solus liquor aque prorsus
effunditur / Et quasi facientibus
hebrei in federe inito cum domino
quasi dicentes Non solum violator
eius federis peribit sed in aliis
sit federibus sed tota eius pro
genies peribit cum eo ut nullum
vestigium eius appareat super
terram. Scripsitque iosue in die illa
verba hec in volumine legis
dei id est in libro hoc / et tulit
lapidem grandem posuitque eum
subter quercum que erat ante
sanctuarium domini et ait En lapis
iste erit vobis in testimonium.
Solebant enim veteres quedam di
uturnabilia erigere ut sui diuturni
tate posteris initum fedus in
memoriam revocarent. dimisitque
iosue populum singulos in possessiones
suas etc. De morte iosue et eleazari

De morte iosue et eleazari

Post hec mortuus est iosue
cum esset centum et decem annorum
Josephus dicit quod annorum erat cum accessisset
ad moysen et xl annis servivit
ei in deserto / Ergo colligitur quod
xxvi annis rexit populum transior
danem et sepellierunt eum in tam
tamnasara que sita est in monte
effraim. Et eleazar quoque mor
tuus est et sepelierunt eum in
gabaa phinees filii eius
que data est ei in monte e
ffraim. Cui successit phinees in
sacerdotium etc. Prudentia

prudencia

In diebus iosue cecrops
primus quadrigam invenit in grecia
Erat quippe apud alias naciones
Busiris tirannidem exercuit
in hospites phenix et cadmus
de thebis egiptiorum in syriam
profecti in regione tyri et sydo
nis regnaverunt. Sed phenix cadmo
recedente in greciam terram appellavit phenicem
phenicea dicta est. Et amore filie
phenicis inpit. inventus est
danaus per l filias l filios
egisti fratris sui interfecit uno
tantum superstite qui regnavit
post eum etc. Prologus in
librum Judicum Sequitur

prologus in librum iudicum

Liber iudicum hebraice sopthim dicitur qui iudices describit usque ad Heli sacerdotem et ob hoc liber iudicum tamen a materia. Videtur tamen quibusdam ab autoribus sic nominatus ut qui cronice scribendo quisque iudicum temporibus suis in actibus redegerunt. Ultimus autem in unum compegerit. Dubium est dicitur tamen quidam quod Samuel, alii quod Esdras. Verisimilius videtur quod Ezechias qui parabolas Salomonis et librum regum in unum collegit. Si queritur quare Moyses et Iosue inter iudices non annumerentur, dicimus quia non solum iudicaverunt populum sed et rexerunt. Ceteri vero nihil iuris habuerunt in populo nisi quod in ipsum cum sacerdotibus suis consilio et prudentia eorum populus utebatur.

quo iudas pugnavit contra chananeum

Quomodo Iudas pugnavit contra Chananeum

Post mortem Iosue consuluit populus dominum per Phinees: quis ascendet ante nos contra Chananeum et erit dux belli. Et dixit dominus: Iudas. Non personam sed tribum designans. Creditur tamen Caleph prefuisse populo sed pro modicitate temporis nec in ducibus nec in iudicibus annumeratus est. Et ait Iudas Symeoni: Ascende mecum in sortem meam et pugna contra Chananeum et ego pergam tecum in sortem tuam. Non tamen legitur Symeon propriam sortem habuisse sed accepit inde ut impleretur quod predixerat Iacob de Symeon et Levi: Dividam eos in Iacob et dispergam in Israel. Ascenderuntque Iudas et Symeon in Bezech et percusserunt in ea x virorum. Comprehenderuntque Adonibezech, id est dominum Bezech. Adonai enim dominum sonat. Inciderunt summitates manuum et pedum eius. Hebreus tamen sermo videtur sonare pollices, quibus decisis non est ydoneus homo ad arma ferenda. Et ait Adonibezech: Merito hec pacior. Sicut enim lxx regibus feceram qui colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Et ascendentes in Ierusalem percusserunt eam tradentes incendio et reliquerunt ibi Adonibezech et mortuus est. Nec intelligendum est quod filii Israel tunc habuerint Ierusalem in dicione sua expulsis Iebuzeis. Hoc enim factum non est usque ad tempora David qui expulsis Iebuzeis sedit in ea et transtulit eam de Beniamin in sortem regum. Hoc videtur aliquibus dictum recapitulando dictum et factum esse vivente Iosue ante distributionem sortium quia concessa sibi Iudas habebat Ierusalem. Et totum recapitulando dictum usque ibi: Et surrexerunt alii qui non noverunt dominum. Alii tradunt eo ordine dictum esse quo factum et ibi demum incipiant recapitulationem: Dimisit ergo Iosue populum etc. Ascendit et Caleph in Hebron frangensque gigantum et percussis hostibus plenius possedit eam. Et recapitulat hic hystoria quod supra diximus sub ista Caria sepher. Ceperunt Iudas Gazam et Ascalon et Accaron cum finibus suis nec poterant delere habitatores vallis quia falcatis curribus habundabant.

De cineis et transgressione

de cineis

Filii autem ietro cinei cogna
ti moysi ascenderunt de
ciuitate palmarum cum filiis iu
da in desertum sortis eius quod
est ad meridiem. Isti sunt filii obab
fratris sephore uxoris moysi qui
relicto patre et patria secutus
est moysen et deinceps habita
uit in medio filiorum israhel.
Ciuitas autem palmarum dicitur hic
engaddi uel quia iericho sic
solet appellari forte de campe
stribus eius ubi erant cum
beniamin transtulerunt se ad
iudam. Beniamin autem post
iudam ascendit in ierusalem hunc
quidam putant eam fuisse co
munem hic potuit eicere iebu
seum sed passus est eum habitare
secum sub tributo. Effraym quoque
ascendit in bethel que prius
luza vocabatur. Videntes quoque
hominem egredientem de obsessa
ciuitate dixerunt ei. Unde
nobis introitum ciuitatis et faci
emus tecum misericordiam. Quo ostende
te, percusserunt eam homine
uero et domum eius dimiserunt.
Qui transiens in terram ethim
edificauit ibi ciuitatem et vo
cauit eam luzam. Nec dele
uit effraym chananeum sed
passus est eum viuere sub tributo.
Omnes et aliis tribubus cum esset
fortitudo maluerunt eos ha
bere tributarios quam delere. Trans
gredientes mandatum domini
Et conuerterunt se ad adulteram
Quia ad diuinacias se dantes
pepulatas et libidine iam in
rebelles facti in conuersacione
legum integri non erant. De

Angelus loco flencium

Angelus autem domini apparuit in gal
gala et cum conuenisset ad
omnem de finibus suis transtulit
se ad alium locum et in secuti sunt
eum. Cum quoque improperasset eis dominus
per angelum beneficia que collata
erant addidit. Cur ista fecistis
cum habitatoribus terre huius et
aras eorum subuertisse et nolui
stis audire vocem meam. Quam
ob rem dii eorum erunt uobis
in ruinam. Cum angelo loquen
te eleuauerunt vocem suam
et fleuerunt et vocatum est
nomen loci illius locus flen
cium agnominatus ab euentu
sed et galgala collis preputiorum.
Immolauerunt quoque ibi hostias domino.
Porro hic recapitulat histo
ria iosue ad continuandum or
dinis sermonis dicens. Dimisit
ergo iosue populum et abierunt
filii israhel unusquisque in possessionem
suam seruieruntque domino cunctis
diebus iosue et seniorum qui
post eum vixerunt et nouerant
opera domini que fecerat cum israhel.
Mortuus est autem iosue et omnis
illa generacio seniorum qui preces
serunt collegata est ad patres
suos.

De Ottoniel

Et surrexerunt alii qui
non nouerunt dominum neque
non videbant virtutes eius
quas fecerat eis in exitu de
egipto in deserto et ingressu terre
promissionis. Feceruntque malum
in conspectu domini et seruierunt
baal et astaroth et diis terre
Seruientes quoque contagia cum alieni
genis. Quamobrem indignata
diuinitas non deleuit gentes
de medio eorum ut essent eis
in laqueum et laborem. Et tra
didit eos dominus in manus cusan
rasataim regis mesopotamie
et syrie seruieruntque ei viginti an
nis et clamauerunt ad dominum

Ottoniel

qui suscitauit eis liberatorem
othoniel fratrem caleph quem
iosephus cenez vocat quasi e
quorum pater / vel dicitur cenez quasi
cenezeus a loco / et fuit dominus
cum eo et pugnauit aduersus ca-
sathaym et oppressit eum et quieuit
terra xl annis et mortuus est
othoniel / hic dicit iosephus occa
sione beniamin facta per uxorem
leuite quod nos infra pone
mus sequentes ordinem huius libri
Et sic quod hebrei subiciunt non
comprehendunt annos seruitutis et
quietis et similiter sub aliis
iudicibus aliter non stat computo
In diebus **Incidentia** vero
othoniel cathmus regnat
thebis cuius filia semele
natus est dionisius liber
pater / bethsamia condita est a
phenice qui phenicibus quasdam
tradidit litteras et ad scribendum
vermiculum instituit / Unde et
color ille phenicius dictus
est qui per eandem litteram mutata pu
niceus dicitur / Ephira que nunc
corinthus dicitur a sisipho condita
est / agenor filius eius europe
regnauit in creta etc. **De aioth**
Addiderunt autem filii israhel
facere malum in conspectu domini
qui confortauit aduersus eos e
glon regem moab et copu
lauit ei filios amon et ama
lech / Qui transiens iordanem
percussit israel et posuit ydola
sua in galgalis et fecit sibi
domum in ciuitate palmar
um que iericho et seruierunt ei filii
israel xviii annis et clamauerunt
ad dominum / Qui suscitauit eis
saluatorem aioth filium gera
filii gemini qui utraque ma
nu utebatur pro dextera / Gemini quidam

dicunt fuisse quendam uirum
in beniamin / qui posteris suis
sepe legitur impositus ab ipso / Alii
vero hebrei tradunt hunc fu
isse beniamin et quasi per
sun ubi nos ponimus gemi
ni ipsi ponunt iamini quod so
nat dextrum uel dextralem
qui latine geminus dici
posset quia geminatur eum
habente ubi geminus a sinistra
manu leminus sed ad dextra
dextrius / Miserunt quod filii israel
per aioth munera eglon regi
Qui fecit sibi gladium anci
pitem longitudinis palme
unius et accinctus est eo in dextro
femore subter sagum quod est qua
drate forme militare indu
mentum / Erat autem eglon crassus
nimis / Cumque obtulisset ei
munera prosecutus est socios qui
cum eo erant et reuersus ad
regem ait / Verbum secretum ad te
habeo o rex / Egressisque omnibus
qui cum eo erant accessit ad
eum aioth et ait / Verbum domini
habeo ad te quod intelligendum
est de sompno commendato domini
Qui statim surrexit de throno
extenditque aioth manum si
nistram et tulit sicam de dex
tro femore et infixit eam
in uentre eius ualde nec
eduxit eam sed reliquit in
corpore / Ipse uero clausis diligenter
hostiis cenaculi per posticum egre
ssus est et aufugit / Serui uero regis
post longam moram intrantes
inuenerunt eum mortuum
iacentem in terra / Venitque a
ioth in seirath et insonuit
bucina in monte effraym
et descenderunt cum eo filii
israel ad uada iordanis que

tunc mittitur in moab Et nole
tes transire moabitas percusse
runt circiter x̄ et humiliatus
e die illa moab sub manu
isrl et quievit terra lxxx
annis et mortuus e aoth
Et tunc de phylisteis uoleti
bus intrare in terram isrl sam
gar occidit dc viros vomere
unosque ipse et defendit isrl et
eodem anno vita finivit In
cidencia
In diebus aoth
cyrene civitas condita e
in lybia orthosolem9 longa
nam eleusin veniens fru
menta ibi distribuit Proser
pina rapuit rex molosso
rum orcus cuius ingens canis
cerberus pirithoum devorat
qui cum theseo ad raptum proser
pine venerat Et theseum
devorasset nisi supveniens
herculeus eum liberasset phrixus
et elles insidias novercales
evaserunt in navi cuius insi
gne erat aries In dardania
regnavit tros a quo troiam
condita ferunt Perseus gor
gone occidit meretricem que
ob nimia pulcritudine spec
tatores suos mentis inopes
reddebat Dionisius in indi
am nisa condidit et a suo
nomine eam appellavit De
delbora et ba
rach

Post mortem
aoth addiderunt filij
isrl facere malum coram domino
Et tradidit eos in manus
iabin regis chanaam qui
regnavit in asor et habuit
ducem exercitus sui sysaram
Ipse autem habitabat in asseroth
gentium que sic dicebatur quia
non ab uno populo sed a multis col
lectis gentibus habitabatur
et oppressit filios ysrl per xx
annos Qui clamaverunt

ad dominum Erat autem delbora
prophetissa uxor lapidoth que po
suerat tentorium suum in monte
effraym sub arbore palme
que dicebatur palma delbore
et ascendebat ad eam filij isrl
in omne iudicium quendam
que vocavit barach filium ab
inoem de cedes neptalim
aquile enim iuxta ad plurimum
vocavit virum suum qui sup
dictus e lapidoth Creditur enim
idem fuisse barach et lapid
doth quia eadem e utriusque nominis
interpretatio Interpretatur enim utrumque
coruscatio delbora vero he
braice apis Que dixit ad
eum nonne precepit tibi dominus israhel
Duc exercitum in monte thabor
de neptalim et zabulon
ego tradam sysaram in ma
nu tua iuxta torrentem
cyson Cui barach nisi venero
mecum non pergam Que ait
ibo sed victoria tradetur in manus
mulieris Nunciatum e cysare
quod ascendisset delbora in ba
rach in monte thabor ad pu
gnandum Et congregavit exercitum
ad torrentem cyson ccc arma
torum ut ait iosephus et x equi
tum et nongentos currus
falcatos et alios currus ii et t
Et ait delbora ad barach
Descende hac die dabit tibi
dominus cysaram in manus tuas
et descendit cum eo x delbora
stante in monte adorone
Et perterruit dominus cysara et
universam multitudinem ven
tus grando et pluvia irru
ebant in facies eorum arcus
et fundibula inutiles fiebant
plurimi de equis et curribus
suis corruissi toterebant
Sicque verso in fugam exercitu

cisara de curru exiliens et fugiens
peruenit ad tentorium rachel
vel iahel vxoris aber cinei
Aber enim cum omni domo sua
recesserat a fratribus suis qui ha
bitabant ut diximus in sorte
iude et tetenderat tabernacula
in valle sennim iuxta cades
et erat fedus inter rege asor
et domum aber cinei porro
iahel suscepit fugientem et
rogantem ut celaret eum et pete
ti potum dedit ei lac ut grauius
obdormiret Illa vero dormienti
clauum ferreum percussit malleo
per tempus utrumque tempus et misit
usque ad terram et barach post
modum venienti ostendit eum
terra confossum et capit impletum est
quod dixerat delbora quod per mulierem
tirannus iste accideret Barach vero
agens exercitum super asor ob
iam veniente tabin intersfe
cit ciuitate funditus deleuit
ut ait iosephus Cecinerunt quoque
delbora et barach canticum
deo in quo hortantur victores
ad benedicendum deum rememo
rando beneficium quod fecerat deus
israheli cum daret legem in terre
motu et pluuia addendo
et quod per sangar ut diximus
quieuerunt hostes a finibus
israhel et quod defecerat fortitudo
israhel donec surgeret delbora
quando noua bella elegit deus
ut mulier de viris triumpharet
Et quod sequitur in cantico Sur
ge delbora et loquere canticum
non est in hebreo Addidit etiam
de amalech victo in raphidim
ab effraim id est a iosue effrai
ta et ampliauit eum deinde postea
vincendum per saul gubernam
et commendauit eos qui de
manasse et ysachar et nep
talim cum eis venerat ad

plurimum vituperans etiam ru
ben et gad et dan et asser
qui noluerunt venire Et
dit quod ruben contra se diuisum
intelligitur quod separauit se a pu
gnaturis vel quia rubenite inter
se diuisi erant quibusdam
hortantibus ut venirent ad pugnam
aliis dehortantibus Et dicit
dicit pugnasse eos in thanne
iuxta aquas magedon intel
ligendum est regionem esse secus
tyson qui preterfluit magedon
hebreus habet in menazarchem
quod interpretatur super altitudinem
campi et significat quod in campo
ubi preliatum est hostibus superiores
facti sunt Et dicit sequitur stelle
pugnauerunt aduersus cisaram
non mathematice intelligendum
est quasi fatali constellatione hoc
factum fuerit sed quia corusca
tiones et fulgura ita de subli
mi ferebantur in eos acsi stelle
venirent et est yperbolicos
Sequitur torrens cyson traxit
cadauera eorum id est torrens cadu
mim id est mare rubrum supe
traxit cadauera egiptiorum
cadumin interpretatur antiquorum
et ponitur pro mari rubro eo
quod antiqua facta sunt ibi mi
racula Et dicit sequitur conculca
anima mea robustos hoc est
populi sese adhortantis Sequitur
Maledicite terre meroth dixit
angelus domini Meroth fuit
unus de principibus chanaan
delbora vero scripturam dixit an
gelum domini vel michael qui
preerat israheli dixit ut ma
lediceret meroth quod sonat
archanum de angelis apo
staticis qui adiuuabant ei
id est archano postea benedixit

rabel qui fortit' egit et q̄uit
tra p̄ xl annos ſmadentia

Eo tempe regim defecit
apud argos et translatu est
in micenas Obijt sub pat'
tuus sepultus e apud delphos
iuxta appolline audiuit p̄m
git no mulibri corc q̄ mli
es militantes cu viris q̄uit
i q̄ditu flum abilo coditum
apiletis codita de Gedeone

Fecerunt iterum filij ysrl ma
lu cora dno qui tradidit
eos in ma' madian vij an
nis Ascendebat enim madi
an et amalech singlis anis
i ysrl vastates segetes eorum
et omnia in meta tenentes
i p̄dam Cumq̄ clamasset ysrl
ad domin misit ad eos vim
p̄phetam p̄que q̄probrauit eis
dns bnficia que eis cotule
rat et ij noluerunt audire
voce eius Venit at ange
lus dni et sedit sub quercu
que erat i effra/ h̄ic e vir que
insecat dns/ lapis at sup
que sedebat et quercus et ag
ptinebat ad ioas prem fami
lie ezri i. h̄ono abilioem it
alios illius familie Gedeon
ud filius eius timens hostes
qui irruerant sup trām i occulto
q̄cutiebat frumeta i torculari
ut h̄ret uictum ad fuga/ Joseph
dt h̄c mapin fuisse diuine
q̄paciacoe indiciu q̄d suc vite
rex' torcular q̄pared frumetu
em erat pen ut area vpl̄ent'
et torcularia Et ait angelus
ad eu Dominus tecu virorum forti
ssime Cui Gedeon ait domine
nobiscu e cur apprehenderunt
nos h̄ec mala/ et respondit
i eu dns i angelo/ et ait Va
de ego mitto te i hac fortitu

dine tua qua sz q̄ferot' respi
ciendo ut mittedo pauaces
madian q̄i vir vnu Cui ge
deon Si gratiam inuem coram
te ne recedes don' reuertar Et
coxit gedeon edum positisq̄
carnes et azimos panes i cani
stro et misit ius i olla offerens
ea angelo Cui angelus pone
carnes et panes sup petra
et ius desup funde Cumq̄ fecisset
tetigit illa angelus summite
uirge qua gerebat et ascendit
ignis de petra et cosumpsit
omnia Angelus at euanuit
ab oculis eius Timens q̄ gedeon
ait heu mi domine q̄ uidi
angelu dei Cui dns ne time
as no morieris/ eade nocte
ait dns ad eu destrue ara ba
al qua erexit pr tuus et nemus
q̄ ara ea circuide et occide thaurum
que saginat ydolis alterum
ud thaurum septenne que tenes
dedimaueruit ydolo offeres in
i holocaustu sup altare quod
edificabis i summitate petre sup
qua sacrificium posuisti Gedeon
timens prem et tenes eu v
sinis omnia nocte copleuit
et uocauit altare pax domini
et latuit i crastino timens diripe
rut ad ioas Educ filiu tuu
et moriatur qui fecit h̄c/ Cui'bus
ipse ait Nuquid ultores estis
baal Si deus e baal vindi
cet se Vnde dictus e gedeon
ierobaal i. fortitudo baal Igit'
madian et amalech transito
iordane sederunt i valle iesrael
q̄i locuste Spus at domini
induit gedeon vocauitq̄ domu
abiezer de cuius familia erat ipse
et misit nuncios ad manasse
et asser et neptalim et zabulon
qui occurrerunt ei cu xxxij m' et
petijt a dno gedeon signu

victole in uellē posito i area
si nocte illa uellus rore cāplu
eret area sicca remanete et
sitm ē ita et expresso uellē roē
concham impleuit Sequnti
nocte ne ḡt casu sitm putaret
petijt signū in contrariū ut area
irroraret et uellus siccū esset
qd factū est Venit ad gedeon
cū suis ad fonte qui d̄r arad
et ait dn̄s ad eū pplis mlt
est tecū ne dicat isrl meis
viribus liberat sum clama ad
pplm qui formidolosus ē reuertat
tu intelligendū ē alia tria que
mandauit dn̄s clamanda in
pplo eū nō tacuisse que moij
ses dixit in deutro. Qui edi
ficauit domū et nō dedicauit
eam reuertat Simir qui pla
tauit vinea et nō dū fecit
eam comunem et qui despon
sauit vxorem et nō accepit
eam Et reuersi sūt de pplo xxij
et tm̄ x remanserunt Et ait
dn̄s ad gedeon adhuc pplis mlt
ē duc eos ad aquas i calore
meridiei eos qui lambuerint
aquā manu et lingua sed ca
nes estimans magnanimos
separabis et inventi sūt qui
tm̄ ccc viri Et ait dn̄s i
his ccc tradā madian i ma
nus tuas Cibus assumpt et
cibarijs proximos et tubis ge
deon se clarim dedit Eadem
nocte dixit dn̄s ad gedeon
adhuc pplis multus ē duc eos
descende ad castra madian tu
et phara puer tuus tecū et
audies quid loquent et con
fortabunt manus tue dissolu
tū enim erat cor eius Qui de
scendens i parte castrorum stetit
ubi erant uigilie et audiuit
quendā narrante sompnū
comilitoni suo i hunc modū

videbat mihi qz panis ordeo
subcinericius i comestibilis
descendebat i castra madian
usqz ad tabnaculum z subuertit
illico et tūc funditus coequauit
Et ait is cui loquebat Hic
ē ordeū mr grana et inter
gentes isrl videtur abiectus et
i israhele vilis ē familia gedeon
Non ē hic aliud nisi gladius
gedeonis tradidit dn̄s i manus
eius madian Quod audiens
gedeon adorauit et reuersus ad
socios ait Surgite tradidit dn̄s
nobis castra madian Et diui
sit eos in tres partes et dedit
tubas i manus eorum dextras
legenas qz vacuas et lampa
des i medio lagenarum in sini
stras et ait Quod me facere
videbitis facite Et ingressi
sūt pt̄r castrorum i tribus locis
in vigilia noctis medie Et
cū fregissent ydrias tenuerunt
lampades i manibus z sona
tes tubis clamauerunt Gladius
dn̄i et gedeonis Sicut iosephus
vacuas qz pharetras portauerunt
quibus simul corplosis tribulis
audiebatur sonitus quo subito
hostes excitati turbati sūt nec
cognoscentes sese plurimi mu
tuis vulneribus ceciderunt alij
i fugam uersi usqz bersetha Vi
ri neptalim z asser z ma
nasse qui redierant conclamantes
persequebantur madian Effraym
quoqz descendit i occasum fu
gientium et occupauit iordanem
usqz bethera z occidit duos
reges madian Oreb z zeb
i petra quadā zeb i torcular Alias
et vocatū ē nomē loci torcular
zeb et nomē alterius petra
oreb que modico apice littere

differt a nomine oreb. Unde a
que fluxerunt primam mon
ti. Et forte dicta est a interpretatione
Et portavit effraym capita
regum ad gedeon et irascentes
dixerunt ad eum. Cur hoc fecisti
nos vocare ad pugnam. Cui
ait ne forte indignacionem
Melior est enim racemus effraym
vindemiis abiezer. Deus et
in manibus vestris dati sunt
reges madian. Quid tale
facere potui. Quo audito re
quieuit spiritus eorum. De persecutione
Transivit quoque gedeon Sedecot
iordanem cum ccc viris
nec poterant persequi fugientes
pre lassitudine. Et ait ad viros
socot. Obsecro date nobis pa
nes ut possimus persequi ze
bee et salmana. Qui nega
verunt ei et subsannaverunt
eum. Similiter fecerunt ei viri
phanuel petenti panes ab
eis. Zebee autem et salmana in
valle quiescebant nichil ad
versi suspicantes cum xv milibus
residuis de exercitu. Gedeon
autem repente irruit super eos
et turbato exercitu eorum duos
reges comprehensos secum
reduxit. Et veniens apprehen
dit puerum de socoth et quesivit
ab eo nomina seniorum socoth
et descripsit ei lxxvii viros
quos spinis et tribulis comminuit
tamquam auctores prodite subsanna
cionis. Turrim quoque phanuel
subvertit occisis habitatoribus
civitatis. Cumque redisset in effraim
regionem suam dixit ad zebee
et salmana. Quales erant
viri quos occidistis in thabor.
Qui dixerunt similes tui.
Et ait eis fratres mei erant
uterini. Et ait primogenito
suo interfice eos qui non

eduxit gladium timens quia puer
erat. Surgens gedeon occidit
eos. Et dixerunt omnes viri
israel ad eum. Dominare nostri
tu et filius tuus et filius
filii tui. Quibus ille non domina
bor vestri nec filius meus sed
dominus dominabitur in vobis. Unum
postulo a vobis date michi
inaures aureas de preda. Qui
dederunt. Et fuit pondus auri
mille dcc siclorum. Et fecit ex eo ge
deon ephot et posuit in civitate
sua effra et fornicatus est omnis
israel in eo et factum est gedeoni
et omni domui eius in ruinam.
Per ephot quod est dignius indu
mentum pontificis intelligitur
quod gedeon fecit omnia indu
menta pontificalia. Et fecit
in effra tabernaculum et altare
preter illud quod erat in sylo et
factus sacerdos immolavit super
illud hostias domino. Qua ob re
offensus dominus omnem domum eius
fere delevit. Habuit enim lxx
liberos de uxoribus et unum
natum abimelech de ancilla
concubina dicta quam habuit
in sychem. Hic occidit omnes fratres
suos preter unum. Et quievit terra
per xl annos quibus prefuit
gedeon. Qui mortuus est
in senectute bona et sepultus
in sepulcro patris sui in ephra.
Temporibus Incidentia
gedeonis mercurius in
venit syringas. Therus hic
nomine a siringa uxore sua
inventa armonica que pre
zelo armonie a viro suo re
cesserat. Invenit et liram hoc
modo. Repperit corium testi
tudinis mortue et putrefacte
cum nervuli arentes et contensi
in ore concavitate ad auram tenuia
sibilum reddebat. Inductus est

aut quis fuerit iste mer-
curius utrum hermes tri
smegistus phus an mer
curius minor. Tres enim le
guntur fuisse secundum iosephum
Tyrus est condita ante te
plum ierosolimorum annis
cc xl. Dedalus aves fecit
metallinas quas volare fe
cit artificiose spiritu incluso
dicitur et fecisse simulachra
se moventia primus enim omnium
pedes statuarum a se invicem
separavit aliis coniunctim eos
fabricantibus. Icarus cum filio
navi fugiens propter investi
gabile fuga penitus avola
sse estimatus est. Argo navis
tardis historia facta est. Orpheus
clarus habetur et eius discipulus
plus fuit musicus. Minus
magister hercules claruit apud
nos cretensibus creditur le
gem dedisse quod plato ne
gat. Hydram id est calidissimam
fuisse sophistam plato asserit.

de abimelech

De Abimelech

Post mortem gedeon filii israel for
nicati sunt cum baalim. Nec
fecerunt misericordiam cum domo ie
roboal. Ascendit autem abime
lech in sichem ad omnem cogna
tionem matris sue et ait. Con
siderate quod os vestrum et caro
vestra sum. Loquimini ad omnes
viros sichem quid vobis me
lius est ut dominentur vobis lxx
viri filii ierobaal an dominetur
unus vir. Et locuti sunt
de eo ad omnes populum et incli
naverunt cor populi post abi
melech et dederunt ei lxx
in fano baal. Circa obitum
deinceps vocatum est ydolum

baal-berith enim convatorium
sonat. Et tollentes de fano
lxx pondera argenti dederunt
ei. Circa conduxit sibi viros
inopes et vagos et ascendens
in ephra occidit omnes fratres
suos super lapidem unum excep
to ioatham. Tunc omnes sichi
mite constituerunt abimelech
regem iuxta quercum in sichem
Sed quidam quo ergo baal sing
dicitur rex in israel potest dici hoc
dixit propter regem universalem
hic autem tum regnavit in sichi
mis. Circa quod cum nunciatum esset
ioatham stetit in vertice montis
garizim et clamavit ad os
sichimitas qui convenerant
ad diem festum. Audite me
viri sichem. Ierunt ligna
silvarum ut ungerent regem
super se et dixerunt olive. Im
pera nobis. Que noluit de
serere pinguedinem suam qua
dii utuntur et homines. Ideoque
dixerunt ad ficum. Que noluit
deserere dulcedinem fructus sui.
Ideoque dixerunt ad vitem
que noluit deserere vinum
quod letificat deum et homines.
Dixeruntque ad rampnum. Impera
nobis. Circa respondit. Ve
nite ergo et requiescite sub
umbra mea alioquin egrediatur
ignis de rampno et devoret
cedros libani. Est autem rampnus
genus rubi quod vulgo sen
tite appellatur. asperum nimis
et aculeatum sed sentes sepe
prius dicitur quod ut mittit ligna gre
viam ignes accendi. Tunc
exposuit eis paradigma dicens.
Interfecistis filios ierobaal
et filium ancille eius sup

vos constituistis regem. Si re
cte egistis cum ierobaal et do
mo eius recte sit vobis
sin autem perverse egrediatur
ignis de abimelech qui
devoret ipsum et vos. Que cum
dixisset aufugit. De expul
sione abimelech
[F]actum est autem
cum regnasset super sychem
tribus annis abimelech de
dit eis dominus spiritum malum
adversus eum et expulerunt
abimelech ab urbe et abiu
Tunc ponebat latrocinia super
eos agens predas vocibus de
pose vero vindemiarum intra
vit gaal cum fratribus suis
in sychem. Tunc descendente
eo descenderunt pressim inte
adimeas vineas que calcave
runt et ingressi in fanum
dei sui inter epulas et pocula
maledicebat abimelech
gaal et dicebat. Quis est
abimelech ut serviamus ei
Numquid non est filius ierobo
al et principem dominum est qui non
est filius sed spurius. Et
addidit utinam daretur populus
hic in manu mea ut auferrem
abimelech de medio. Zebul
vero qui favebat abimelech
principi. Tunc clam nun
ciavit omnia abimelech
Surrexit itaque abimelech
cum exercitu nocte et tetendit
insidias iuxta urbem
Egressusque gaal mane et
zebul cum eo steterunt in
porta. Cumque ascendisset abi
melech cum exercitu dixit ga
al ad zebul. Ecce de monti
bus multitudo descendit
Cui zebul. Umbras mon
tium vides quasi hominum capita

et sic errore deciperis. Rur
sumque gaal. Ecce populus quasi
de umbilico terre descendit
Cui zebul ubi est nunc os
tuum quo loquebaris. Contra a
bimelech egredere et pugna
contra eum. Qui pugnavit et vi
ctus est et fugiens recepit
se in urbe. Zebul autem expulit
eum et socios eius. Sequenti
die abimelech oppugnavit
urbem interfectis habitatoribus
eius eamque destruxit
ita ut sal in ea dispergeret
Quod cum audissent viri
sichimorum ingressi sunt fanum
dei sui quod locus munitus
erat. Josephus tamen dicit profu
gos per provinciam congregatos
super petram munitissimam
et nitebantur eam munire
Quod videns abimelech as
cendit in montem selmon
et precisum ramum ferens dixit
sociis. Facite quod ego. Qui
tollentes ramos et circu
dantes presidium succenderunt
illud igne et fumo pe
rierunt in eo mille viri preter
mulieres et parvulos. Et recedens
inde abimelech obsedit
urbem abimelech thebes
Erat autem in medio turris
in qua receperant se thebite
Et nota quod athebis egiptiorum
dicuntur thebei athebis grecorum
thebani athebis iudeorum
thebite. Cumque abimelech
oppugnaret turrim et supponere
ignem niteretur mulier fragmine
mole desuper iaciens fregit
cerebrum eius. Qui ait ar
migero suo percute me ne
dicatur a femina interfectus. Qui
interfecit eum et hanc pestem
dicit Josephus accidisse effraim

eo q purgati sunt ad ulsus ge
deone ad aquas iordanis

Incidentia

Eo tempore Incidentia
Chorus invent e igitur
qd instrumentu dt strabus
pellem esse cu duabus ciuans
palteam inspirat palteam
reddit sonum et scribit sedem
quorda sine aspiracione pro
nocte at carnenciu z men
sua z uento cum eh assud

thola

Post abime de thola to
lech iudicauit isrl
thola de ysachar filius phua
patrui abimelech nc mo
ueat te phua z ioab fres
esse cu alr de ysachar alr
de manasse fuit filij eius
fuerunt viginti iuues z duor
patre de diuersis tribubus
hic iudicauit isrl insamir
xx tribus annis z mortuus

Incidentia

Eo tepore Incidentia est
Hercules antheum vi
cit in palestra z gleum va
stauit. Bellu fuit inter
lapithas z centauros quos
palesfatus in libro de in
credibilibus nobiles fuisse
scribit equites thessalorum
Priamus laomedont re
gnauit in troia Androges
atheniis dolo interfiat Rthe
seus in agone minotaur
vincit ppr qd atheme usos
pueri tributarij a pena li
berati sunt fuit aut minota
urus uir quidam ingeniosus
et ualens in palestra magi
stratus minoionis unde et
sic dictus est qi minoionis
taurus ide minois carni
fex zc.

de iair

Post thalam ia
ir galaadites
de iair
deiboni manasse iudicauit
isrl xx duobus annis hns x
xx filios quos fecit princi
pes xxx ciuitatu quas vo
cauit nomine suo achot
iair ide oppida iair et
mortuus est Incidentia
Incid

Eo tepore theseus rapuit
helena qua rursus re
ceperunt fres eius castor
et pollux capta matre the
sei eo peregre profecto phyli
stus scribit a tiribus tyri
zoro et cartagine cartagi
nem condita Carmentis
nimpha latinas litteras
inuenit zc. de iepte
de iepte

Iterum filij isrl fuerunt
ydolis et rustanum gen
tium et tradidit eos dns i
manus philistijm z amon
et afflicti sunt vehementer
xviij annis omnes qui habita
bant trans iordanem in terra
amorrei amonite quoque
iordane transmisso vasta
bant iuda z beniamin
et effraym Cumque afflicti
clamarent ad dnm qui cu
dure increpasset eis ite et
inuocate deos quos elegistis
proiecerunt omnia ydola de
finibus suis z doluit dns
sup miserias eorum Congregati
sunt filij isrl in masphat
contra amonitas qui fixerant
tentoria in galaad. Fuit
eo tempore iepte galaadites
uir fortissimus pugnator
sed filius meretricis hic ha
buit vxorem de galaad de
qua suscepit filios Cumque
cum adolevissent eiecerunt
eum taqua spurium dicentes

Non poteris esse heres in domo
patris nostri et abiit in terram
tob et congregati sunt ad eum
viri inopes et latrocinantes
et eum quasi principem sequebantur
Descenderunt ad eum maiores
natu de galaad dicentes Esto
princeps noster et pugna contra
filios amon Cui ait None
vos estis qui odistis me
et eiecistis Cui dixerunt
non odimus te nunc venimus
ut persequamur sed ut sequamur
nos te Et ait iepte iurate
ego michi et iuraverunt et
ascendens cum eis in masphat
humiliavit se coram domino
et factus est princeps ipsi Et
misit nuncios ad regem amon
in hec verba Cur devastas meam
cur vastas eam Cui ille respon
dit tulit israel terram meam
cum ascenderet de egipto et
recepi eam Cumque iepte di
xisset eam iure belli sibi
ccc annis possessam noluit
acquiescere amon ut cederet
Et ait iepte iudicet hodie
dominus inter israel et amon
Et factus est spiritus domini super
iepte et egrediens ad pu
gnam votum vovit domino dicens
Si tradideris filios amon
in manus manibus quicumque pri
mus egressus de domo mea
occurrerit michi revertenti eum
holocaustum offeram domino
Et percussit iepte filios a
mon plaga magna nimis
xerunt eum et saul dissimula
bat etc. De naab et secunda vn

[illegible]

Factum est ctione saulis
autem quasi post mensem
naas ammonites obse
dit iabis in galaath Cum
que petissent ab eo obsessi
fedus / ait In hoc feriam vo
biscum fedus ut eruam vo
bis omnibus oculos dextros
eis enim quos bello capiebat
dextros oculos effodiebat ut
sinistros scutis celantes
ad bellum forent inutiles
Et responderunt ei Concede
nobis septem dies et mit
temus in omnes terminos israel
et si non fuerit nobis de
fensor egrediemur ad te

Venerunt autem nuncii in
gabaa saulis Et cum nun
ciassent hec flevit populus
et ipse saul veniebat de
agro sequens boves et pro
misit se venturum iabitis
tercia die in auxilium et iussit
aliquos eorum ad ducatum itineris
sustinere et divinitus inspiratus
bovem utrumque concidit in fru
sta / et comitatus est in omnes
terminos israel dicens Cuius non
exierit post saul et samuelem
sic fiet bobus eius Et e
gressi sunt omnes quasi vir unus
ccc milia virorum et constituit populum
saul in tres partes Et in
gressus est castra in vigilia
matutina et percussit amon
plaga grandi et ait populus
ad saul Cuius est qui dixit
non regnabit saul super nos
interficiatur Et ait saul non
interficietur hodie quispiam
quia fecit dominus salutem
in israel Et ait samuel Ea
mus in galgala et innovemus
ibi regnum / Et inunxerunt
saul in regem secundo in gal
gala Et ait samuel ad
populum Ecce rex graditur coram
vobis / me abiecistis et dominum
et hoc vobis erit signum
quod dedit dominus vobis
regem in ira Ecce messis
tritici est hodie invocabo
dominum et dabit tonitrua
et coruscationes et grandines
et pluvias / et sic factum est
statim tonitruum nam ex illico
et populus timens ait Ora pro
servis tuis Addidimus enim
peccatis nostris malum

q samuel p dixit saul destructione regni

petentes rege Et ait samu
el peccastis nolite deinceps
recede a dno et vincetis alio
quin peribitis q samuel p
dixit saul destructione regni
Filius vnius anni erat saul
cu regnare cepisset i qualis
tamquam puellus duobus at
annis regnauit sup israel
hic e iuste repuit psalmi infre
liquis annis regni qui tyr
rannus fuit et no rex Et hoc
at hic legitur de ysboseth fi
lio eius dicentes eum annu
lum esse in principio regni
primi et de eode dicitur q duo
bus annis regnauit i isrl
Et at duobus annis regna
uit ysboseth i isrl vi est
Et at anniculus esse cu re
gnare cepisset pr eius stare
no pt Saul eni circiter xx
annos regnauit ysboseth uo
regnans p9 patre iam q
dragenarius erat Et ty ipi
debmiae conant dicentes
saul cepisse regnare post
hely et ponit i annis saul
annos samuelis Ebreus
sit habz filius vnius anni
erat saul cu esset in regno
et duobus annis regnauit
Elegit sibi iii m in isrl i cu
regnasset p annu et p9 p
duobus qua p9 tres annos
elegit sibi et cetera Et erant
cu saul duo milia in ma
chmas et in bethel mille
at cu ionata in gabaa
beniamyn que fuit vrbs
phinees filii eleazari Et
percussit ionathas statione
philisteorum que fuit i gabaa
i loci munitu inquo posue
rut philistei custodes tamq

dominantes in isrl Et tuc
erexit se isrl adversus philisti
Et cu audisset philistei congregati
sut ad pugna con isrl xxx
milia et vi milia equitu
et vulgus inumerabile Et asce
dens saul i galgala conuo
cauit ppliu et samuele ad
consulendu dnm et cu
expectarent samuele septe
diebus iuxta condictu dilapsus
e in eo pplus et timentes ab
sconderunt se in speluncis et
in abditis et in antris Ebrei
quoqz transierut iordanem
Et unde at erant i isrl
sit appropiato dicti voca
bulo qui p timore creduntur
descendisse in castra phili
stiin ad obsequendum eis
Cumqz vidisset saul mora
sibi dampnosam septio die
holocaustu obtulit et paci
fica Cuqz complesset ecce sa
muel veniebat et arguens
saulem ait Quid fecisti
Rndit saul pplo subterfugi
ebat et tu no veneras iuxta
placitos dies et timui ne
hostes ascenderent ad nos
prius qm placacem faciem
dni et necessitate compulsus
obtuli dno Videtur saul pe
casse qd sine samuele ob
tulisset holocaustu domio
ad consulendu Vnde quida
dicut ut sup dixinius vii
dies qs dixit samuel no
esse expeditionis sed oblaconi
in consecratione regni et di
cut nunquam sine eo esse o
ffendi ad consulendu dnm
ut oblacones vii dierum

fient per sacerdote legit pre
ge uo non memini legisse me
Adhec valde mirandum est
Cum iam bis i unctus esset
saul in rege quod in neutra
illarum facta fuit oblacio tibus
prege / et ideo pt dici samu
elem sit mandasse ut cu
uellet saul immolasse ad
consulendum dominum citaret ipsum
ut ostenderet ei que facturus
esset et propter citatom si moram
faceret expectaret eum septem
diebus Saul uero die cita
tionis annumerauit in his
septem et non expectauit nisi
sex diebus Et addidit samu
el nequaquam regnum tuum ul-
tra consurget sed quesiuit
sibi dominus virum iuxta cor suum
ut regat populum eius Abiit
samuel in gabaa beniamin
et egressus est saul cum populo
obuiam philisteis ut erant
cum eo quasi vi centi viri et jo
nathas filius eius porro
faber ferrarius non erat in
israel Cauebant enim philistei
ne facerent hebrei gladium aut
lanceam Et ascendebat israel
ad philisteos ut exacueret aciem
suam feramentorum usque ad sti
mulum corrigendum vel emen
dandum et exacuendum / Vel ita
ad stimulum qui est corrigendus
subaudi boues Cumque veni
sset dies prelii non est inuen
tus ensis uel lancea totius
populi excepto saul et jona
tha et fecit saul afferre ar
cham domini in castra et achi
as filius achitob fratris ycha
both portabat ephod De clade
philistinorum et fauo quem come
dit Jonathas // Capitulum

Accidit autem ut quadam die
diceret ionathas cum
armigero suo ut exploraret
stationem philistinorum patre suo
ignorante / et voluit iona
thas transire ad philisteos per
uallem preruptam scopulis
hinc inde eminentibus
in modum dencium et ait jo
nathas ad puerum Cum appa
ruerimus eis si dixerint ma
nete donec veniamus ad uos
stemus Quod si dixerint ascen
dite ad nos ascendamus quia
tradidit eos dominus in manibus
nostris hoc erit nobis signum
Cumque dixissent philistei /
ascendite ad nos Ascendit
jonathas manibus reptans
et pedibus et armiger post
eum et corruit eos dominus ante
jonatham et percussit ionathas
cum puero circiter xx viros in me
dia parte iugeri et turbata
sunt castra et diffugiebant
mutuo se prementes Et indi
cauerunt speculatores sauli fu
gam hostium Cumque quesiui
ssent quis ex nobis abiisset
repertum est abesse jonatham
et armigerum eius Et ait
ad achiam / Applica id est prepara
archam domini ad consulendum
dominum Cumque tumultus cre
bresceret in castris ait ad sacer
dotem Contrahe manum tuam
Et conclamauit saul cum populo
cepit persequi fugientes Sed
et hebrei qui transierant ad
castra philistinorum reuersi sunt
ut essent cum israel Omnes que
qui se prius absconderant / re
dierunt in prelium Et iam e
rant cum saul quasi x milia
Uidensque saul moram dap

nosam si comederent adiura
uit pplm dicens Maledictus
vir .i. dignus erit morte q
comederit pane usqz ad ve
speram donec ulciscar de inimi
cis meis Cumqz tinset po
pulus p saltu apparuit mel
fluens et nullus gustat' Ideo
Jonathas uo qui no audie
rat maledictu pris tinxit
uirgam in fauo et cu gusta
sset illuminati sut oculi eius
.i. facies exhilarata e resup
tis viribus Dr q tanta e
copia mellis e ibi in cauernis
arborum et in cauernis petra
rum et abditis tre q plures
repiant' faui sup tram de
cidentes dt Josephus inve
nisse ionatha apium cubi
lia in querqu que erat in
forte effraym Cumqz in
dicasset ei quida maledi
ctu pris ede cessauit et
no approbans maledictum
pris tram simile pplo tibi
maior plaga fuisset i ho
stibus Invespa uo pplus
fessus nimis et p fame
mora no sustines pecora
mactauit i tra et comedit
cu sanguine hoc e quocuqz
modo occidit et cepit an
qua sanguis diluleretur
no dum p'gatis carnibus
uescens no scdm more
patrum qui tuta cultro lamia
et eliquauit sang'ne Dicit
quida q de pda hostiu ne
mi licebat ede donec immo
lasset victima domino Illic
edens quasi cu sanguine e
debat Et ait saul populo

pecastis uoluite ad me saxu
grande et pcepit ut omnes
sup illud saxum et coram
ipso scdm morem patrum pe
cudes mactarent ne forte qd
facet alit saulte Tunc pri
mu edificauit saul altare
domino Unde patet qd no
sup altare cerens iam bis
obtulerat i galgala Putant
quida tn eum quotienscuqz
obtulerit nouu eu altare
construxisse hoc uo dictu
primu quia nuc plene iuxta
dei placitu obtulit Cumqz
nocte vellet irrue sup ho
stes ait sacdos Consulamus
dominum Ipsi consulanti no rndit
dns in die illa hc e nc nocte
nc die sequenti et ait saul
tacternitas hec est latenti
ta pcti puiuetem domini et
si p ionatham filium e absqz
retractone morietur Et sta
tuit pplm i parte una et
se et ionatham i parte alta
et cecidit sors sup ionatha
et ait saul Quid fecistis
Cui ionathas Nil michi
conscius sum nisi qd heri
nesciens maledictu mel
comedi Et ait saul morietur
ionatha quia nisi hec fe
ceo hoc faciet michi dns
et hec addat Et ait pplus
ergo ionathas morietur
qui fecit salute i isrl Vi
uit dominus .i. puiuetem
dnm ul sd deus e viues
et no dij gentium si ceadit
capillus de capite eius in
tram aposiopesis e Vl legr
si pro nos et eripuerint

Nos ci
lui ne
domc
vestim
xris a
bant ci
que fi
bello

ionatham a manibus patris
et redierunt ad patria. Saul ita
confirmatus in regno quocumque
se vertebat superabat hostes israhel
et percussit amalech pro
le impsis e / z fecit ps per
cussit qui delet comandato
domini. Fuerunt autem filii
saul Jonathas et jessui z
melchisua / Quartus tacet z
ysboseth tamquam puer et
non dum militans vel tamquam
ineptus / Filie vero merob
et michol et vxor eius achi
noem / et princeps militie
abner filius ner patruelis
eius. Nam cis z ner fratres
fuerunt filii abihel / legitur
hy in paralipomenon quod ver
suit pr cis quod petate di
cte est quod muiuit eum quod

Saul vicit amalech

Tunc ait samuel
ad saul. Hec dicit dominus de mo
lie lambens sanguinem et
lingens terram amalech z
vmufa eius qua restitit
israhel cum descenderet de egipto
sumeta quid voluit dominus
misica vt nunc in aliquo mes
ria amalech super esset. Dicit
qui dicit illos maleficatos
fuisse z in pecudes se vite
di fuisse puram et ideo
ne sub forma pecudis eua
derent et pecudes psisse / Et
recensuit saul ducenta mi
lia peditum et decem milia
virorum iuda / Et nota quod fere
vbique dicuntur viri iuda ta
quam potentiores. Vnde ali
bi catulus leonis iudas
Cumque misisset saul in a

malech dixit cyneo. Rece
de ab amalech ne involua
te cum eo quia tu fecisti mia
cum israhel. Jetro enim qui z ra
guel z cyneus dictus est. Cuius
consilium dedit moysi cum dominus
habitabat in amalech pter
filios obab. Et egressi sunt
cynei / z de macpes habitaverunt
in israhel. Cognitus ortus est rachab
vt in paralipomenon legitur / Hy sunt
cynei qui venerunt de calore
domus patris rechab. Rechabite
hemite sunt. Dicit percussit
amalech in ore gladii. i.
in vastatione quod devoratione
vel est locutio i. in gladio. Et
cepit saul agag regem a
malech et optimus arme
torum. Et ait dominus ad samuel
penitet me quod saul fe
cerim regem / Et orauit sa
muel pro eo tota nocte dicit
Cumque accepisset quod saul ere
xerit sibi fornicem triumphale
in carmelo iuxta superbiam
gentium que faciebat arcum
de myrtis palmis z oliuis
in signum victorie descendit
ad eum in galgala z dixit
ei saul. Cumque culpasset eum
quod quippiam reservasset de
amalech in excusatione sui
dicebat populum reservasse
optima ad offerendum domino
in gratiarum actione. Cui samuel
melior est obedientia quam vi
ctima super bonos delectatur
deus z non super sacrificia que
fecerint si obtulerint que
detulerit deus quod pre. Et ait
saul. Peccaui quia praevaricatus sum

porta pctm̄ i. ora & satis
fac p me ut dimitte m
chi Cui samuel Proiecit
te deus ne sis rex i isrl
Cumq; vellet abire samu
el apprehendit saul summitate
pallij eius que scissa est
Et ait samuel Sic scidet
regnu dns a te hodie i. a
tua posteritate Cumq; simul
adorassent dnm precepit sa
muel adduci ad se agag
regem Et oblatus e ei pin
guis & tremens / & dixit sa
muel ad agag Siccine se
pat ama mors q d apru
est q te sic concutit mors
et separat dnm tuu a te
Secunda dicit duas dictones
separat & supplent adversus te
ut scdm alia lram / Et dixit
agag Sic me separat ama
mors q d apers que separave
rat meos a me amatissime
separat me ab hominibus Et con
cidit eu samuel in frustra
Et abijt in ramatha Saul
uo ascendit i domu suam
in gabaa / & no vidit samu
el ult saule in fitul vgio
nam i prophetico pcca vidit
Samuel De vnccione dauid
pat lugebat saul i domo
Et ait dns usquequo luges
saul cu ego preterim eum
Imple cornu oleo & vade
ad domum ysay ut inungas
in regem vnu de filijs eius
et quia times saul / offer
vitulu q adymolandu
Cumq; venisset i bethlehe
dixerunt seniores ad eum
pacificus ne est ingressus
tuus Timebat em ne pro
aliqua correctione misisset

eu rex ul q offensus forte
regi fuisset & no audent
eu recipe Cui cu dixisset
se venisse ad ymolandu
sanctificat ysay & filios eius
& statuit eos cora altari / &
videns heliab primogenitu
ceterim et optimu estimans
futuru regem Et ait dns
ad eum Ego no corporis
pulcritudine apice factio re
galem Sed pp' aum uirtute
Eiusmde modu reprobauit
dns alios Statueat em
ysay septe filios cora sa
muele scd q'sos & nathan
adoptatu filiu samaa filij
sui Et ait samuel ad eu
Nunq; completi sunt filij Cui
indit adhuc reliquus e paruulus
& pascit oues & iubente
samuele adductus est da
uid ruffus i. rubicundus
et pulcher & iuncta est
i medio fratru Et directus
est spus dni i dauid a die
illa & deinceps Et recessit
spus domini a saul et exa
gitabat eu spus nequa
a domino missus dicit Iose
phus dauid tunc accepisse
spm propheticu / sit & ille
quide prophetare cepit sancto
spu super se veniente Sed q
dictu e spm recessisse a saul
& directu i dauid videtur
q de eode spu dicat. i. de
gra spus qua quocumq saul
victor hostiu existeat Tunc
dixerunt ad saul serui eius
Spus malus exagitat te
adhibe tibi ul saltem pitu
in cythara & lenius feres
Contradicit phici q armonia

leta reddat leviore et iste
conditionem Tradunt mathematici
quod nulli dedit armoniam
sive non pus et quinque nulli
Et indicatum est regi quod david
esset sciens psallere et vir
bellicosus Cumque misisset rex
ad ysai pro filio eius Tulit
ysai asinum plenum panibus
et vinum et hedum et misit
ea regi per manum david
at asinus plenus vel suffi-
cienter oneratus vel forte sit expositione
et hircus fuit utres ita et de
asino fiebat saccus ad aliquid
ferenda Igitur cum spiritus arripie-
bat saul david psallebat
in cithara et levius erat ei quia
cithara gerit formam crucis in
extensione cordarum et ligno
et quamvis recedebat spiritus ab
eo Cumque aliquamdiu cessisset
spiritus a saul remissus est da-
vid ad patrem De morte golie

Factum est ut congregarentur
philistei adversus israel
in prelium Porro saul et israel
castra metati sunt in valle
terebinthi sub qua iacob ab-
scondit ydola laban Et e-
gressus est vir spurius de ca-
stris philisteorum Golyath ge-
theus de semine giganteo
altitudinis sex cubitorum
et palmo Iste spurius dictus
est quia de ignobili patre vel gen-
tili et nobili matre vel iudea
natus erat Spurius vel hybrida
de ignobilis corpore ma-
zer et nothus quod matre Hic
exprobrabat israel quod servi essent
philisteorum et proponebat eis
monomachiam ita ut qui
vinceretur ad leta servi essent

aliorum Hebrei autem stupebant
et metuebant nimis Sic di-
cebat Goliath xl diebus
Erant autem tres maiores fratres
david in exercitu et eis misit
ysai per manum david ephi
polente et decem panes et
tribuno sub quo militabant
et decem formellas casei vel
decem caseos parvos et vete-
res Hebreus et decem sectiones
casei hec est pro gratia et digni-
tates caseorum Et precepit ei
ut secum afferret pignora fratrum
vel libellos repudii quos erant
euntibus ad prelium ut libellos
repudii darent uxoribus ut
si caperentur nec redirent uxoribus
usque ad tres annos liceret nu-
bere cui vellet Cumque venisset
david ad locum certaminis et dice-
bant singulis diebus aliqui
pliantes Ecce ascendebat
goliath ad prelium exprobrans
ut heri nudius tercius et
fugiebat israelite a facie eius
et ad principes david Audi-
vit a pluribus virorum qui percusserit
istum ditabit eum rex et dabit
ei filiam suam Cumque audiret
eum eliab frater eius talia sci-
scitantem increpavit eum timens
ne pugnaret et occumberet Et
respondit david Quid feci numquid
non verbum est supple indignum
increpatione quasi dicat Cur pro solo
verbo increpas me Vel ita verbum
tamen est et non res vel non animo
pugnandi hoc dico sed ut
rem sciam Renunciata sunt autem
verba david ad saul et ait
ad regem Ego servus tuus
pugnabo adversus philisteum
Cumque prohiberet eum saul quia
puer esset Addidit Ego servus

tuus misi ferri leone z visu
tu invadent grege. Erit
igr hic incircumcisus q̄si vn᷒
ex eis dno me liberante. Et
induit eu saul armis
suis. z deposuit ea dauid
q2 no habebat armorum ꝯsue
tudine. z tulit i manu
baculu pastorale z elegit
de torente qnq3 lapides
limpidissimos .i. planos
z volubiles z misit eos i
pera pastoralem .i. vas q°
lac mulgebat ul ferebat
pane et funda manu tulit
Et ꝓcessit adusus philisteu
Cui conteptsit dauid. z ait
Nunqd ego canis su q2 tu
venis ad me cu baculo
Cui rndit dauid. Tu venis
ad me cu armis ego aut
venio ad te i nomine domini
ut sciat hodie vniusa eccia
hec q2 no i gladio saluat
dns. Cuq3 iecisset lapide
funda ꝑcussit eu i fronte
scdo q3 z tercio lapide ꝑcussit
eu in eode loco. Et tercio ictu
deiecit eu et cucurrit et arrupit
gladiu illius z ꝑcidit ca
put eius. Hic fabulant²
quida iudei q ferrum ga
lee z lorice obsequiu ꝓsti
tit dno dans locu lapidi
ut intraret ad horem scin
dendu. z obicit de incepto
circucisio facta e cultello fer
reo que prius erat petrino
ffugerunt itaq3 philistei
et isrl ꝑsecuti e eu vsq3
ad portas acharon. Dauid
aut caput z gladiu posuit
i tabnaclo suo longo tpe
post tulit illa i ierlm. hebreo

no h3 suo. obicit tn̄ quidam
trophei posuit ea i tabna
culo domini. Vnde ꝑca abi
melech accepit gladium
golie. Cu aut redisset dauid
a ꝓlio ait saul ad abner
De qua stirpe est hic adole
scens. forsan voluit scire
cui daturus esset filia sua
Nec recognouit eu saul
q2 aliquadiu absens erat fuerat
z alteratus ꝑ agitacone sp̄s
stultus erat labilis memorie
Et indit abner. Viuit
aia tua rex si noui eu .i.
ꝑ vita tua no noui eum
vel ꝑ execratom. hebrei em
sepe nominant mala aduo
sariis eorum ut ibi Benedic
domino z morere. Cuq3 ꝯple
sset saul a dauid. quis es
Ait filius serui tui ysai
Et cu aia ionathe quasi
glutine conglutinata e aie
dauid. z inierunt fedus
z dedit ionathas dauid
vestimenta sua vsq3 ad arcu
z gladiu z balteu Et dauid
Factu e cu dixit michol
redirent triumphantes
de ꝓlio z dauid disponeret
ferre caput golie in ierusale
Ita ut dicit Josephus hoc
ferru hebat sed hasta iam
dedicauerat dno. Egrediebat²
mulieres ex vniuersis vrbibus
z cu instrumentis musicis
ꝑcinebat mulieres. Saul ꝑ
cussit mille. Et videbant
ꝯmes z dauid decem mi
lia. Audiens saul causa
victorie potius attribui deo
quod sibi dolens iratus e
dit. Quid ei sup e nisi solu

regnum. Et timuit ne a do
mo sua transferret regnum
et invidebat david non re
ctis oculis aspiciebat enim
post dies aliquot invasit
spiritus malus saul et quasi
prophetabat et missa lancea
quam tenebat david psalle
tem putavit configere parieti
david at declinat ab eo secundo
Primo enim recesserat bello i
minente Et postea statuit eum
saul chiliarcham et ait filia
mea merob dabo tibi uxorem
esto vir fortis et preliare bella
domini Tractabat enim apud
se non sit manus mea in eum
sed manus philisteorum Cum
autem merob deberet dari da
vid data est adriel malathi
te Diligebat autem david michol
et placuit saul et ait ad eum
in duabus rebus gener meus
eris hodie quod est in duabus
filiabus meis Nam alteram
habuisti sponsam alteram habebis
uxorem Vel ita pro duabus re
bus quas stravisti gigantem et
dabis centum preputia hostium
hoc enim significavit ei saul
per servos suos Non enim neces
habes rex habere sponsalicia id est mu
nera vel donationem propter nup
tias nisi tantum preputia centum
philisteorum Et abiit david
in acharam cum viris ... cum
hominibus erat et percussit phi
listiim ducentos viros et affe
rens preputia eorum annumeravit
ea regi Josephus tamen dicit Ab
scidens sexcenta capita ve
nit ad regem et nuptias exi
gebat et dedit ei saul filiam
suam licet invitus Cumque
videret eum apud deum et homines
approbari timuit et tractabat

de morte eius non tamen me
tu celare valens dixit iona
the et servis suis ut occide
rent david quod indicavit
ionathas david dicens Ab
sconde usque mane tractabo cum pa
tri pro te Insistenti locutus
est ionathas ad patrem Cur
peccabis in sanguine innoxio
qui fecit salutem in israel et
opera eius tibi sunt valde ne
cessaria et tuam mortem filia
tua vidua vocabit Et pla
catus saul iuravit Vivit
dominus quia non occidetur Et in
troduxit eum ionathas ad
regem et stetit coram eo
sicut pridem Quod michol posuit david per fenestram

Quod michol posuit david per fenestra

R ursus motu certamine
percussit david philisteos
plaga magna et invasit
saul zelus demon exagitabat
eum et david psallente
voluit figere spiritus ... et
fugit david in domum suam
misit ac saul satellites noc
te circa domum ut mane eum
exeuntem occiderent Cum vero per
sensisset michol deposuit
eum per fenestram et aufugit
michol ac stravit lectum suum
quasi egrotantis in quo posuit
statuam et pellem caprarum
ad caput eius similitudine
capillorum exprimens et sagis
supposuit iecur capre spirans
et membra anhelantis Cumque
saul deprehendisset se illu
sum dixit ad michol Cur
dimisisti inimicum meum Que
ait Timui dixit enim nisi
dimittes me alioquin interfi
ciam te David autem fugiens
venit ad samuelem in ramatha

et indicavit ei omnia que
fecerat ei saul. Et abierunt
ambo in nabaioth qui est
collis in ramatha ubi erat
cuneus prophetarum. Quod cum cu-
cepisset saul misit licto-
res in nabaioth ut raperent
david. Qui cum vidissent
david prophetas et samuel sta-
tem super eos factus est spiritus
domini in illis et prophetabant
nuntii saul secundos et tercios
nuncios qui similiter prophetaverunt.
Et iratus saul abiit post
eos et antequam veniret in
nabaioth ingrediens propheta-
bat et quasi amens factus
et spoliatus veste regia tota
die et nocte iacebat cum ceteris
david et samuele ita vi-
dentibus. Unde est quod
supra legitur non vidit samuel
saul usque in diem mortis sue
quia non vidit eum in statu
regio ut prius visum est. Fugit
autem david et inde venit
ad ionatham et loquebatur.
Cui ionathas non morieris
nichil pater aut grande fa-
ciet pater quod non indicet
michi. Cui david dixit pa-
ter tuus quia diligis me et dicet
nesciat hoc ionathas. Vi-
vit anima tua quia uno tantum ut
ita dicam gradu ego et mors
dividimur. Gradum unum
dixit pariete domus sue quo
interposito evasit manus
apparitorum. Hebreus quia uno
tantum passu et est sensus mi-
nimum intervallum fuit inter
me et mortem. Erat ergo ob-
secro quod dicam. Cras e-
nim kalende et ego absco-
dar in agro usque ad vesperam
tercia die. Si requisierit
me saul quia sedem consueverat
mensa eum advertens di-
ces ei Rogavit me david
ut iret in bethleem quia
victime solempnes sunt ibi
omnibus contribulibus eius. Forte
erat neomenia aliqua
solempnis preterea. Quod si tibi
dixit saul bene pax erit servo
tuo. Si autem fuerit iratus
completa est in me malicia
eius. Et ait ionathas Egredi-
amur in agrum. Cumque essent
egressi iuravit ei ionathas
quod quicquid boni vel mali
inveniret apud patrem indi-
caret ei. Et inierunt sibi
mutuo fedus inter se et se-
men suum. Et addidit et
ionathas deierare id est plurimum
iurare. Quod autem interpositum
est et requisivit dominus hoc
de manu inimicorum david hoc
de suo addidit scriptor in spiritu.
Et addidit ionathas In die
qua operari licet vel perendie ka-
lendarum ut quidam volunt
sed melius est ut de sexta
die intelligatur. Egredieris et
sedebis latens iuxta lapidem
ezel et ego mittam ad te post
solempnitatem iaciam tres sa-
gittas ad eum quasi exercens me
ad signum. Si dixero puero
qui tollet eas Ecce sagitte
intra sunt pax tibi est. Veni
ad me. Quod si dixero sa-
gitte ultra te sunt vade
domum sit inter me et te
usque in sempiternum. Prima ergo
die solempnitatis apparuit locus
david vacuus et siluit saul
estimans david nondum
purificatum. Alia die requi-
sivit a rege excusavit eum

ionathas Et yratus saul
dixit ad eum fili mulieris
uirum ultro rapientis / scio quod
in confusione tua diligis fi
lium ysai / non stabilieris eo
vivente tu neque regnum tuum
addut eum ad me quia filius
mortis est Et ait ionathas
quare morietur / et arripuit
saul lancea ut perculteret
eum / et declinavit ionathas
ab eo contristatus nec comedit
panem in die illa / et egressus
in agrum fecit secundum quod dixerat
david Et cum dixisset puero
ultra te sunt sagitte remisit
puerum in civitatem cum arcu et
sagittis / et surgens david
de latibulo adoravit tercio do
minum uel ipsum ionatham
et fleverunt valde / et ait
ionathas quecumque iuravimus
stent in perpetuum inter nos
et semen nostrum uade in pa
ce Et De fuga david in ciuitatem nobe

Et fugit david in nobe
ad abymelech sacerdote
frem achie Dicimus Et ipsum
achiam fuisse filium achi
toth filii phinees filii hely
Qui cum miraretur quasi
solus venisset generi ipse
ait ad eum david Sectus
sermo regis urgebat me
et condixi pueris in illum
locum Nunc si quid habes
ad manum saltem quinque pa
nes da michi / Forte communis
panem nomine intelligitur / Fo
rte fere est metus david
non enim aio fallendi dixit
hic / et ridit sacerdos non
habeo panes laicos ad ma
num sed tantum panes sanctos
panes scilicet propositionis Dicimus
sunt prius maxime amberis

in adducet / legitur dicat nativitas
non sit legem Et tantum in mundi
sunt eorum nec in mutilate
dabo eis / Et ait david ad
eum Continimus nos ab heri
et nudius tercius et fuerunt
vasa sancta puerorum corpora
in mensibus continentur die ut
ipsi patri poro via hec po
lluta est / sed et ipsa sanctificabitur
hodie in vasis Cum dicat
forte in via hac aliqua immun
dicie contraxeimus sed munditia
corporis sufficit ad eam munda
dam / hebreus sic habet vasa
puerorum sancta / et dicitur de vasis
ad edendum Cum dicat in
vasis mundis licet tibi ponere
panes mundos Sequitur porro
via hec laica est .i. interroga
tio tua laicalis est / Quasi
dicat Cur queris de munditia
cum tamen si mundi essent uesci non
deberent / sed et ipsa sanctificabitur
hodie in vasis .i. in corporibus
nostris Scimus enim quod necessitas
excusat nos et quod sanctificat
Et dedit ei panes propositionis
qui sublati fuerant ut po
nerentur calidi / hoc pendere
quod sabbatum erat Cumque quesi
sset ab eo david arma / dedit
ei gladium golie Josephus dicit
lancea que erat involuta
pallio in tabernaculo Erat
enim ibi sub archa cum aliquo
suo tabernaculo / et considerauit
hec omnia doech ydumeus
potentissimus pastorum saulis
qui erat ad adorandum obli
gatus voto De fuga david ad achis

Fugit david in die illa ad achis ad regem
geth Et indicaverunt servi
sui regi quod qui rex erat in

isrl qui latebat apud eum
et deuictus hoste recepit si
saluum eum seruaret. Et timuit
dauid presertim ut quia quem mi
serat saul ad achis ut redderet
ei seruum suum fugitiuum. Cumque
traheret ad regem simulauit
furorem et impingebat in
ostia porte quasi percussurus in
portam ingredi uolens
et que furiosi sunt agebat
ut fide regi nec passionis
ostenderet. Et ait rex Non in
grediatur hic arrepticius do
mum meam. et dimisit eum
Et abiit inde dauid et la
tuit in spelunca odolla non
tamen statim sed prius uenit
ad naas regem ammonitarum
ut dicitur secundum in quibusdam
in quadam glosa. et conuenerunt ibi
ad dauid omnes cognati eius
fratres et alii quibus aut odium
aut timor saulis erat uel qui
ere premebantur alieno co
uenerunt ad eum et fuerunt
cum eo quasi quadringenti arma
ti. et profectus est dauid cum
eis in massphat que est moab
est enim alia in iuda. et depo
suit apud regem moab patrem
et matrem suam. et manserunt
apud eum quamdiu dauid fuit
in presidio et in expedicione in qua
sibi querebat mansiones ad
manendum.

De morte abymelech et sacerdotum

Hec moriente
gad propheta ut inde rece
deret et iret in terram iuda ve
nit in saltum areth. et audiuit
saul quod apparuisset dauid. Et cum
esset saul in nemore quod est in
rama tenens hastam ait ad
seruos suos. Numquid ditabit uos
omnes gemini filius ysai
non est quia uobis qui doleat
uicem meam. Et ait doheg
ydumeus. Vidi eum in nobe
apud abymelech filium achi
toch qui consuluit pro eo dominum
et dedit ei cibaria et gladium
golie. Et iratus rex conuocat
abymelech et omnes sacerdotes
qui erant in nobe. Et ait ad
eum Cur coniurasti aduersum
me cum filio ysai et dedisti
eis panes et gladium. Cumque re
spondisset. Absit hoc a me. Non
fuit res huiusmodi in uniuersa do
mo patris mei nesciui quid pate
fecisset. Et ait rex emissariis
reuersus in sacerdotes qui volu
erunt extendere manus in
xpos domini. Et ait rex ad doheg
Irrue in eos et trucidauit
in die illa octoginta v. viros
uestitos ephot lineo. Forte
tunc erant induti ut officium
religionis ammonerent animum
regis. Aiunt hebrei non omnes
fuisse sacerdotes nec indu
ephot sed omnes dignos esse.
percussitque saul nobe ciuitatem
sacerdotum et mulieres et
viros et iumenta secundum quod
deus heli sacerdoti prophetauerat
stirpem eius radicitus euelle
dum. Solus abiathar sacer
dos filius abymelech euasit
et fugit ad dauid ferens
ephot secum quod fecit
moyses et declarauit ei inte
ritum patris et suorum. Et ait
dauid ego sum reus omnium
animarum patris tui. mane me
cum. quicumque quesierit animam tuam
queret et meam. Et annunciatum
est dauid quod philistei obpu
gnarent ceyla et diripent

areas .i. annona de area vel
que vastaverint segetes Consuluit
igitur david dominum vadam et percu
tiam philisteos Et ait dominus
vade et percuties et salvabis
ceila Cumque timerent viri eius
ire cum eo rursus consuluit
dominum et accepit responsum
ab eo quod et prius Et abiit david
et percussit eos plaga magna
et intravit ceila Et audiens
saul ait conclusus est david
in urbe et congregabat quatinus
ut obsideret david et viros eius
Quod cum audisset david consu
luit dominum per abiathar Descen
det huc saul et viri ceile
tradent me in manus eius
Et ait dominus descendet et
tradent te Glosa dicatur hec est
voluntas regis et illorum que
deum latere non poterat Et
egressus est david et viri eius
cum eo quasi sexcenti incerti
Quod cum accepisset saul dis
simulavit exire Transivit
autem david in monte solitudi
nis .i. in deserto et ziph Et
abiit ionathas ad eum in
locum silve qui vocatur nava
et confortavit manus eius in
deo et ait Tu regnabis in
israhel et ego ero tibi secundus sed
et pater meus scit hoc Et in
vocaverunt ius iurandum
federis inter se coram domino .i. coram
tabernaculo et abiathar

De zephiteis quod david latuit in spelunca

Ascende
runt autem zepheni ad
saul in gabaa dicentes david
latet apud nos in colle achile
Veni et tradamus eum in manus
tuas Et benedixit eis saul
et ait Considerate caute omnis

ubi sit pes eius et renun
ciate michi et sequar vos
david autem et viri eius erant
in deserto maon Cumque egressus
esset saul ad querendum eum
ascendit david ad petram locum
et munitissimum ubi de [illegible]
ubique sibi erant [illegible]
reposuit et versabatur david
in deserto maon in monte
opaco Porro viri saul in mo
do corone cingebant monte
Cumque desperaret david se posse
evadere venit nuncius ad saul
dicens festinus quia infunderet
se philistiim super terram Desiit
saul persequi david pergens
in occursum philisteorum Propter hoc
vocaverunt locum illum petram
dividentem eo quod separatus
ibi esset saul a david Ascen
dit ergo david inde et habitavit
in locis tutissimis engadi
Hoc est opidum in quo erat
vinea balsami Assumens
autem saul tria milia electorum
insequebatur david etiam
super abruptissimas petras
que solis ibicibus sunt pervie
Et intravit saul speluncam
ut purgaret ventrem porro david
et viri eius in interiori parte
spelunce latebant Et dixerunt
servi david Tradidit eum deus
in manus tuas et precidit david
oram clamidis saul silenter
et rediens ad viros percussit
cor suum metonomicos .i.
pectus suum in quo totum cor
vel momordit eum conscientia
sua de eo quod fecerat Cumque in
murmurarent pueri eius adversus
eum timens ne irruerent in saul
ait vivit dominus quod non domino

eu
percussit saul a' i obitu aut
i plio aut ipellis e qui dicat
deterso no ptam ea propiciq
sit m dns l hanc faciat mi
sericordia meu ut no mitta
manu mea i xpm domi
Et confregit viros suos hijs
sermonibz. Poro saul egressus
cepto itinere et egressus dauid
post eu clamat domine mi
rex Cumqz respexisset saul ado
rauit dauid i terra z ait
Quare audis verba dauid
querit malu aduersus te Co
gnosce clamidem tue oram
i manu mea qua tu pcidens
pepercit tibi oculus meus. quem
persequeris canem mortuu
et pulicem vnum. hijs auditis
fleuit saul et ait Justior
es me reddat tibi dns. scio
q regnaturus es Jura michi
in domino ne deleas semen
meu post me Et iurauit
sauli. Abijt ergo saul i domu
sua. dauid aut ascendit ad
tutiora loca in angustias
mapha. De morte samuelis z nabal

De morte samuel z nabal

Eo tpe mortuus
e samuel et fleuit eu
vniuersus ysl singli tanqm
ppm lugentes z sepelierunt
eu in ramatha. Constat itaqz
q abhinc loco vsqz i fine hui(us)
secdi libri no scripsit samuel
Cur ergo eius nomine intitu
lant hij duo libri q reliqua
scripsit vnus pphaz discipu
pulus eius tunc opus ascribit
magistro Quida tn dicunt
nathan scripsisse sequentia De
scendit aut dauid i desertu
pharan opidu e i arabia
Erat aut vir i ciuitate aman
in solitudine maon z pos

sessio eius erat in carmelo
mons e i sorte iuda Alter
carmelus e i confinio palestine
norum et phenicis ubi helias
occidit pphas baal. z hic erat
de genere caleph In paralippomenon ita
legit Caleph genuit archam
archam genuit hezeron hic
est ut iudei putant nabal
Cum aut audisset dauid q tun
tondisset nabal ad tondendas
oues greges misit ad eum
x iuuenes ut mitteret ei
aliqua benedictam i die bona
Exultabat enim z epulabatur
iudei in tonsione ouium
i memoria patrum suorum qui
fuerant pastores ouium Et ait
nabal nuncijs dauid Non
mitta Quis e filius ysai
hodie creuerunt serui fugi
tiui Nescio eos Cumqz audi
sset dd. q respondit ei na
bal Accinctus e gladio cum
ccc viris et ait hec faciat
dominus inimicis meis z hec
addat Si reliquero de omnibus
que ad eu ptinent mingentem
ad parietem i salte canem
ad inferiu. Poro abigayl
vxor nabal formosa et
prudens hec ignorabat et
indicauit ei custos ouiu
quanta iniuria intulisset ei dd
in deserto. festinauit igit
abigayl z tulit i occursu dauid
panes z vinu z arietes
coctos z sata polente et
ligaturas une passe z ma
ssas caricarum z adorans dd
ait In me sit domine mi
hec iniquitas i condona
michi hanc iniquitate
uiri Nec ita Si putas esse

iniquitate et deleas eum quam
iurasti michi imputetur. Porro
fecit vir meus secundum nomen
Nabal enim stultus nimis pertinax
Constituit enim te deus super
istis non debes fundere sangui
nem innocentem. Nichil enim
tibi nocuit sed quia tibi non
dedit. Et anima tua erit custo
dita quasi in fasciculo viventium
hebreus est in momento vite quod
idem est in intellectu sensus. Alia
littera est in fasciculo vitium qui
dicat. Si custodiat dominus animam
tuam ad multiplicandum sed fasci
culus vitium custodit iniquam
ad supplantandum. Et respondit
david. Benedictus dominus deus
qui misit te in occursum meum
vade in pace. Audivi vocem
tuam scilicet iniuria remittendo
et honoravi faciem tuam exenia
recipiendo de manu tua. Cum
ergo indicasset abigail omnia
hec viro suo emortuum est cor
eius pre timore. Timuit enim
ne forte david nollet defe
rere et mortuus est post x dies
Quo audito david ait. Benedictus
deus qui custodivit manus
meas a sanguine et reddidit
maliciam nabal in caput eius
et vocavit abigail et duxit
eam in uxorem. achinoem de
iezrael. Saul enim dederat
michol falti de gaddi. De fuga
Ceterum david ad achis
nunciaverunt ziphei ad
saul ecce absconditus est david
in colle achile. et abiit saul
post eum cum tribus milibus
electorum et descendit david
nocte ad castra saul ducens
secum abysai filium sororis
sue quia fuerunt tres filii
ioab et abisay et azael. Ve

potes david. Cumque clam intra
ssent tentorium regis cunctis
dormientibus. Dixit abysai
perfodiam saul lancea in terra et
prohibuit david dicens. Quis
extendet manum suam in christum
domini et erit innocens. Sed
tolle hastam que est ad caput
eius fixa in terra et vas aque
et eamus. Et egressi sunt nullo
evigilante quia sopor domini
irruerat super eos. Cumque transisset
torrentem et stetissent in vertice
montis unde possent audiri
clamavit david ad abner
et ad populum. filii digni morte
vos estis quia non custodistis dominum
vestrum christum domini. Ingressus est
quispiam ut interficeret regem
videte ubi sit hasta regis
et cyphus aque. Et agnoscens
saul negligentiam suorum et be
nesicium david. Clamavit
hec. Numquid vox tua est hec fili
mi david. Qui respondit. Cur
persequitur dominus servum suum. Quid
feci. Si dominus incitat te ad
versum me odoretur sacrificium
id est placare eum oportet sacrificio et
prece ut ostendat vobis super
hec quid velit. Vel ita tu ipse
occidas me et erit qui sacrificium
deo in odorem suavitatis. Quidam
ita legunt odoretur sacrificium
si dominus incitat te adversum me in deo
me id est sacrificantes prohibemus sacrificio
dei. Si dominus hoc facit si
autem filii hominum incitant te
maledicti sunt qui cogunt me
transire ad ydolatras ne serviam
deo isti. Et ait saul ad david
peccavi revertere fili mi non
ultra male faciam tibi. Et respondit
david. Judicet dominus inter nos. Ecce hasta regis veniat

qui tollat eam. Cui saul /
Benedictus tu fili mi et quidem
faciens facies et potens poteris
Et saul reversus est in locum
suum / Et dixit david in corde suo
aliquando incidam in una die
in manus saul / melius est ut
salvet inter philisteos. Abiit
ergo david et dc viri cum
eo ad achis filium mayoch re
gem geth / Iste fuit filius sup
dicti achis cuius [illegible] dicebatur
maoch. Et erant cum david due
uxores achinoem et abi
gail. Et dixit david ad achis
Nolo esse honerosus regi / det
michi rex locum in quo habitem
Et dedit achis siceleg que ex
inde facta est regum iuda et
habitavit david in ea quatuor
mensibus et xx diebus et
agebat david predas de vi
tulis philisteorum et civitatibus
qui non erant sub potestate achis
virorum et mulierum non adducebat
sed interficiebat captivum ne
forte loqueretur adversus eum
Cumque quereret achis quos
percussisset aiebat se depopu
latum esse habitantes ad au
strum iude et in campestribus

De suscitatione samuelis

Factum est eo tempore congregati
sunt ad prelium contra israel philistei
Et ait achis ad david Aperte
ingredieris in castra tu et vi
ri tui. Ego custodem ponam te ca
pitis mei perpetuis. Congregat
et saul universum israel et venit
in gelboe. Samuel autem mor
tuus erat / hoc ideo repetitur
ut ostendatur angustia saul
in qua plurimum esset ei necessa
rius samuel / vel ut ostendatur
samuel recenter mortuus qui
in proximo erat suscitandus

de suscitatione samuelis

Traditur enim neminem posse
suscitari arte phitonica nisi
recenter mortuum et adhuc in
tegris vitalibus / Timuit itaque
saul / et consuluit dominum / qui
non respondit ei neque per som
nia neque per prophetas vel per discipulos
samuelis neque per sacerdotes /
hebreus habet neque per doctrinam
per ephot sed in quo erat doctri
na et veritas. Et ait saul
servis suis querite michi
mulierem habentem phitonem
ipse enim occiderat magos
et ariolos et phitonicos / et
una traditur fuisse reservata
quia mater erat abner / que
latens habitabat in endor que
civitas est iuxta fontem endor
Phitone traditur quidam esse
lex suscitandi mortuos qua
phitonicus adinvenit / Cui dicat
querite michi mulierem pitha
cis illius / quod congruit he
breo in quo legitur mulierem
balatoph. balath enim interpretatur
domina / oph est nomen artis illius
Mutavit itaque saul habitum
suum et venit ad mulierem nocte
cum duobus viris et ait / Suscita
mi quem dixero tibi / que respondit
Nosti quanta fecit saul magos
et ariolos. quare ergo insidiaris anime mee
Creduntur obiecisse saule
eos delevisse / Nec putabant
david sub regem / Juravit
autem saul quod propter hanc rem ni
chil mali pateretur / et dixit
ei ut suscitaret samuelem. Vi
dens autem mulier virum samuelem
sanctum conturbata est et ait sauli
Quare imposuisti michi. Tu
enim es saul / hoc enim samuel
indicaverat ut ait Josephus
Creduntur fabulantes mortuum
magice suscitatum a pedibus

primo moueri. et surge .i.
quando suscitate rege suscita
tur. enim a capite surgit. Alij
dicunt phitonissam non posse susci
tari nisi rege suscitate. Et
indicauit ei saul se saule
esse. et ait. Noli timere quid
vidisti. Et rursum indit virum se
nem et glosinum et amictum
pallio sacerdotali. et intelligens
saul quod samuel esset adorauit
eum. Et ait anima samuelis ut
dicit josephus quare inquietasti
me. Et ait saul coartor nimis
quia philistei pugnant aduersum
me. et dominus non indit michi
obsecro dic michi quid faciam
Et rursum indit. quid me rogas
me cum dominus recessit a te
faciet tibi dominus sicut locutus est
tollet regnum tuum de manu
tua et dauid dabit illud. Eris
autem tu et filij tui mecum id est
in numero mortuorum. sed ego
sum vel in inferno. Dubitat suscita
cione quidem aquibusdam quod spiritus
malignus apparuit in specie que
dicta est samuelis. Et tradunt
quidam quod deo permittente anima
ipsius tamen consimili corpore in
duta apparuit ibi. Alij vero
quod corpus tamen suscitatum est cum spiritu
viuificato anima in loco suo qui
escente. hoc audiens saul pro
stratus in terram pre timore nec
comederat panem in die illa
et coegit eum mulier et serui
eius ut comederet. Cumque co
medisset rediit in castra per
noctem. noluit enim sciri quod
consuluisset phitonissam. quod da

vid amalech.

Congregati iud vicit amalechitas. pro da vid amalech

Congregati igitur philistei. lectio
in aphec et israel castra me
tatus est super fontem qui erat
in iezrael. Satrape vero phi
listeorum videntes dauid
et suos eius cum achis despe
xerunt. et scrutantur hebrei isti in
locum suum ne forte cum ceperimus
preliari fiant nobis aduersarij
et in capitibus viris meantur
sibi reddi gratiam domini sui. Et
ait achis ad dauid. innocens et bo
nus bonus es in conspectu
meo sed satrapis non places
Surgite de nocte et abite di
luculo. Abijt ergo dauid cum socijs
in sycelech. die tertia amalechite
interim impetu fecerant
in syceleth et succenderat ea
et captiuas duxerant mulieres
et paruulos et vniuersam predam
planxit autem dauid et vniuersi
qui erant cum eo donec deficie
rent in eis lacrime. et vole
bant eum lapidare. Confortatus
autem dauid in domino consuluit
dominum per abiathar. dicens persequar
latrunculos hos et comprehendam
Et rursum indit persequere et compre
hendes et reduces predam. Abijt
ergo dauid et .d. cc. viri cum
eo et venerunt ad torrentem bo
zor et cc lassi substiterunt
ad sarcinas de mandato dauid
Cumque alij transissent inuene
runt puerum egyptium fame de
ficiente quem reliquerat dominus
suus vir amalechita. Cum
egrotare eum vidissent. et de
derunt ei cibum et reuersus est
spiritus eius. et ait ad eum dauid.
potes me ducere ad cuneum
istum. Et rursum ait si iurauerit
michi quod non occidas me nec
tradas in manus domini mei
ducam. Et iurauit ei dauid
et eo ducente inuenerunt
hostes epulantes et quasi diem
festum celebrantes. Et percussit
eos dauid a vespere usque ad
vesperam alterius diei. Soli cccc

Isti sunt amalechite quos saul debuit occidere et pro inobedientie reus regnum amisit

adolescentes evaserunt in ca
camelis Erant ergo dauid
omnia que tulerant ama
lechite ab homine usque ad
pecus Dicitur quod in signum victorie
prebuerunt ei auxilium noue
principes militum de manasse
qui confugerunt ad eum dum
rediret in siceleth Plures enim
veniebant ad eum tam de iuda
et beniamin Porro cum redi
issent ad cc viros qui lassi
subsisterant salutavit eos da
uid pacifice et indignati
sunt quidam qui cum eo ierant
dicentes Sufficiat cuique uxor
sua et filij de preda nichil da
bimus eis Et ait dauid Non
audiat vos quesumus fratres mei
in sermone hoc Equa pars erit
descendentis ad prelium et rema
nentis ad sarcinas Sciminus
ait non ait qui lassi manserunt
quia lassis non dari debetur de pre
da pretio Et factum est hoc ex die
illa et deinceps quasi lex in
israhel usque ad diem hanc Venit
ergo dauid in siceleth et misit
Dona dona sit dauid de preda senioribus
iuda et proximis suis et re
liquis cum quibus commoratus
est De morte saul et filiorum fuerat ipse et viri eius De

Porro morte saul et filio
philistei pugnabant rum
adversus israhel Saul autem sacerdotes
et prudentes festinabat ad mor
te et vilius dimicabat Soli
quippe magnanimes rerum
terribilium sunt contemptores Hec
magnanimitas maxime convenit
regibus quos precipimus Prin
cipatus non solum malos no
llet esse subditos sed nec me
diocres bonos esse Fugerunt autem
filij israhel a facie philistinorum
et ceciderunt in monte gelboe
et percussi sunt tres filij saul
Ionathas aminadab melchisua
Isboseth autem domi erat Cum
quod gravius vulneratus esset saul
dixit ad armigerum suum per
cute me gladio tuo ne forte
incircumcisi isti illudent michi
viventi et postea interficiant
me Et noluit armiger et ir
ruit saul super gladium suum
adeo enim defecerat quod non po
tuit se transliberare Quod vi
dens armiger saulis irruit
et ipse super gladium suum Hic
fuit doech ydumeus ut
aiunt hebrei qui timuit esse
superstes sauli propter dauid Et
mortui sunt omnes domestici
saulis qui erant cum eo Viden
tes autem filij israhel qui trans valle
iordanis erant stragem suorum
egressi de civitatibus suis fugerunt
Altera die venientes philistei
ut spoliarent interfectos Exspo
liaverunt saul armis suis
et filios eius Et precisa capita
eorum cum armis miserunt in
terram suam per circuitum ut annu
ciaret hec in templo ydolorum
et in populis et posuerunt ar
ma eius in templo astaroth
caput vero in templo dagon
ut in paralipomenon legitur Corpus
vero eius et filiorum eius suspe
derunt in muro bethsan quod
in oculis israel Est enim ci
vitas philistinorum in terminis israhel
Viri autem de iabis galaad quos
liberavit saul ab amonitis
ambulaverunt tota nocte et
tulerunt cadavera de muro beth

sam et combusserunt ea igni
et sepellierunt ossa i nemore
iabes et planxerunt ieiu
nantes vij diebus. Vnde q
i paralipo legitur mortuus est
saul propter iniquitates suas
et additur qui in contumeliam
peccavit sed insuper phitonissam
consuluit propter quod interfecit
eum dominus. Huius pati ma
gnitudinem iniusta non attendunt
et regnavit saul vivente sa
muele xviii annis et eo
mortuo duobus annis. Horum
annos tamen sacra scriptura non
annotat. A samuele ergo inci
piunt tempora nominatorum prophetarum
et a saule tempora regum in
israel. Incidentia parmo (?) capitula

In diebus istis apud lati
nos quartus regnavit
silvius eneas filius post
humi. Alia tamen historia con
ponit silvium latinum inter
siluium fratrem postumi et
quartum silvium enea. Huius
temporibus homerum fuisse qui da
dicunt de quo magna disso
nantia est apud veteres. Crates
ponit eum ante descensum he
raclidarum ... vrbe
cristenes centesimo anno a ca
ptivitate troie. Aristarchus
et philochorus tempore emigrationis
ionice. Apollodorus atheni
ensis c et xl anno eversionis
ilij. Alij modico tempore ante quam
olimpiades inciperent. Expli
citur liber primus. Incipit secundus de
planctu da
vid super saul
et jonatham.

Mortuo
saul
adolescens fugiens
de prelio venit ad

david in sicelech et adoravit.
Cumque indicasset ei populum victum
et saul cum filiis mortuum, ait
david. Vnde scis quia mortuus
est saul et ionathas filius
eius. Qui ait. Vidi saul
incumbentem super hastam suam
et hostes appropinquabant ei. Cumque
quesisset quisnam essem et di
xissem amalechites sum, ait.
Interfice me quia apprehendit me
ne occidat me in trangustijs. Et occi
di eum quia vivere non poterat
et tuli diadema quod erat in quo
esse solebat in capite eius et
armillam de brachio eius et at
tuli ad te dominum meum. Hic
aiunt hebrei hunc fuisse filium
doech ydumei. Cum pater suus
postquam irruerat super gladium
suum tradidit insignia regis
que custodiebat ut ferens
ea david redderet eum sibi pla
cabilem. Vnde obviat quod proselitus
meus et filius amalechites
dicitur. Cum amalechite sint
ydumei. Amalech enim fuit
filius eliphat filij esau. Da
vid ergo et omnes qui cum eo erant
sciderunt vestimenta sua plangen
tes et ieiunantes usque ad ve
speram secundum legem. Et ait david
ad iuvenem. Quare non timuisti
mittere manum tuam in xpm
domini. Os tuum locutum est contra te.
Et iubente david unus de
pueris eius occidit eum. Et
precepit david ut preces fi
lios suos docerent arcum id est ar
tem sagittandi eo quod audierat
populum a sagittariis interfectum.
Sic scriptum est in libro iustorum.
Hic liber non extat sed et plu
res quorum fit mentio in veteri
testamento et novo combustos

tredimus a babiloniis fuerunt
qui dicerent hunc librum dici
librum iustorum eo quod de iustis
5 agit scilicet samuele et david Et
alii dicunt pentateucum li
brum iustorum ubi quia dicit post
artem sagittandi utile esse
quia dicit iacob se tulisse agrum
de manu amorrei in gladio
et arcu Quidam legunt iustorum
neutraliter et dicunt librum iu
storum quia agit de hiis que
iusta sunt librum iudicorum Ut
sit sensus Dicit precepit david
arte illa fugienda sicut fuerat
quod scriptum est in libro iustorum
Tunc planxit david carmine
lugubre super saul et ionatha
et creditur metrice compositum
fuisse et est continentia huius car
minis tripartita primo agit de
loco ubi facta est strages et
imprecatur ei Secundo commendat saul
et ionatha quantum ad ensis
Tercio specialiter commendat ionatha
ondens quantum dilexerit eum
non obest si alii plurali aliquando
singulari de eodem monte loquitur
Est enim unus mons plures
colles habens ubi legitur Mon
tes gelboe nec ros nec pluvia
veniat super vos Quidam
dicunt super te sit segetes
tantum Montes gelboe sub
audi ve vobis per yperbolam infert
nec ros nec pluvia veniat
super te Montes hii ut quidam
dicunt prius ubertimi fuerant
et imprecatur eis non ariditatem
sed sterilitatem quasi aridi essent
Unde sequitur Neque sint super
vos agri primiciarum id est fructuum
optimorum sed prius alii dicunt
prophetia esse que impleta
est in diebus helie Alii dicunt

in loco in quo saul interfectus
est carmine non fuit nec an
te post compluisse sed per maledic
tionem confirmatum est planxitque
david saulem eo quod vilis interfectus
fecit esset licet unctus esset oleo
et subdit tamen huius nec eis
a sanguine interfectorum et ab adipe
fortium id est per sanguinem sacerdotum
quos occidit in nobe Hebreus
tamen inchoat versum ita a sanguine
interfectorum et ab adipe fortium
sagitte ionathe que numquam
abierunt retrorsum De prima in
Post hec (unctione david)
per responsum domini ascendit
david in hebron et habitabat
ibi cum duabus uxoribus suis
cum omni domo sua virique eius
manserunt in oppidis ebron et
unxerunt eum viri iuda Hic
inchoat quarta etas non pro
inicio regni iudeorum ut qui
dam voluit quia tunc inchoasset
a saule sed innovatione pro
missionis que patribus olim
data fuerat de regno david
quod prefiguratum est in david in dante
domino david vitate de fructu
ventris eius sessio super sede
sua Nunciatumque est david quod
iabite sepelissent saul et
nunciavit eis dicens Benedicti
vos a domino qui fecistis misericordiam
cum domino vestro retribuet vobis
dominus sed et ego retribuam nec
timeatis quasi non habentes re
gem in omnipotenti quia me dominus
iuda rege sibi De regno ysboseth
Abner autem princeps
exercitus saul tulit ys
boseth et traduxit eum per
castra id est ubicumque dispersus
erat exercitus et tamen eum
regem super reliquas tribus

Vel præstra in fuge. i. castra
manaim locum munitissimum
ubi inunxit eum in regem
Erat autem ysboseth .xl. annorum
et duobus annis regnavit super
israel. David vero septem annis
et sex mensibus regnavit
in hebron super domum iuda
Eo tempore actum est intestinum
bellum inter hebreos. Porro erat
bellum ingressus est abner et
pueri eius de castris in gabaon
ysobaal et pueri david occurrerunt eis ad piscinam in
gabaon et convenit inter
eos quod xii tantum pugnarent
ex utraque parte in medio exercitus et apprehenso unusquisque
capite comparis sui defixit
gladium in latus contrarii et
ceciderunt simul. Unde dictus
locus est ager robustorum
Josephus tamen videtur velle quod
pueri david superstites occiderunt compares suos. Ortum
est bellum inter reliquos et
fugit abner cum suis. Erant autem ibi cum ioab duo
fratres eius. quorum azahel
velocissimus quasi unus de capreis persequebatur abner
instantissime. Cui abner
nolens ipse persequi ne compel-
co lar eum confodere et non potero
levare faciem meam ad ioab
i. non potero gratiam ioab habere
Ille vero noluit declinare. percussit eum abner in inguine
aversa hasta. i. cum ligno posteriori non cum mucrone haste vel
versa ad eum hasta. Persequentibus
autem ioab et abisay fugientem
abner sol occubuit. Et venerunt ad collem aque ductus

in eius summitate congregati sunt
ad abner filii beniamin in
cuneum unum. et ait abner
ad ioab. Numquid usque ad finem desevies
usque ad deletionem fratrum tuorum
An ignoras quod non gratis moritur
in gladio qui provocat hostem
Cessavit ergo ioab et omnis
exercitus persequi eos. Porro abner cum suis nocte illa transiens iordanem venit ad ysboseth in manaim. Ioab vero
et viri eius tulerunt azahel
et sepelierunt eum in sepulcro
patris sui in bethlehem et reverterunt ad david in ebron

Facta de filiis david

Facta est ergo contentio longa
vel concertatio inter hos reges
et david crescente et altero decrescebat. Natique sunt filii david
in ebron primogenitus amon
de achinoen. Secundus celaph
de abigail tertius absolon
de uxore gentili maacha
scilicet filia tholomai regis iessur. Quartus adonias filius
agith. Quintus saphatias
filius abigail. Sextus iethra
quem iosephus vocat mathan
de egla uxore sua. quam hebrei aiunt fuisse michol
que sola dicitur uxor eius quia
in adolescentia primam sortitus
est eam uxorem. Credo non videtur posse stare cum sequentibus legatur michol in
illa subsannasse david
et dicitur quod non est natus ei filius
de david usque in die mortis
sue quod in ipso partu occubuit sed potuit fieri ut

vicina parti decihelim desce
deret in ebron ut ibi pareret
tamquam in primitivo loco igni

Eo tempore De infestacione abner

Factum est quod abner intraret
ad concubinam saulis resphan
pulcram nimis et abscondit iuga
tus est adversus eum ysboseth
quasi contemptori domus sue et timens
ne forte cum concubina usurpa
ret sibi regnum. Et iratus abner
ait ad eum. Numquid canis
caput ego sum hodie adversus iu
dam contra te. Et quasi diceret contra te
iudas fecit me quasi caput canis
mortui. Vel ita contra te factus
sum caput canis in principes in
honorabiliter latrans contra te pro
domo. Et misit abner ad
david nuncios dicentes. Cuius
est terra, quasi diceret. Nonne tua
est in manu mea. Fac mecum ami
cicias et reducam ad te uni
versum israel. Qui ait. Optime
faciam tecum amicicias sed non
videbis me antequam reduxeris
michol. Et ad ysboseth man
davit david ut remitteret
ei uxorem suam michol. Tu
lerunt ergo eam a viro suo fal
tiel qui prosequebatur eam
plorans usque ad bahurim. Iste
faltiel doctus erat in lege et
ideo noluit uxorem alterius
violare. et contra hoc nomini suo
additum est el quod est dei nomine
quasi per timorem et reverentiam dei
et legis abstinuit. Hebrei hoc
dicunt. Non enim cognoverat
eam eo quod diligeret illam david
sed tristis erat. Et locutus est
abner ad seniores israel ma
xime ad beniamin ut

Iosephus
iudicia
Iosephus hic est defectus et sub
iudicia quod fuit dixisse
abner non posse quod qui
rex fuit eius contra potestate
.... et ideo misit ad
ysboseth

transiret ad david quem elege
rat dominus. Et ascendit abner
in ebron ad david vel vadens
a deo et susceptus ab eo magni
fice et ait. Surgam ut congregem
ad te omnem israel. Cumque abi
isset in pace. Ecce ioab et pueri
david redierunt cesis latrun
culis cum preda magna nimis
Et dictum est ioab de adventu
abner et de pace cum rege
qui cum temptasset mutare ani
mum regis dicens. Iuravit abner
ut deciperet te et non acquievit
rex. misit nuncios post abner
quasi rege revocante eum et reduxit
eum. et occurrens redeunti se
orsum adduxit quasi secretius
locuturus et percussit eum in ingui
ne et mortuus est quasi in ul
tione fratris sui. Sed verius est
quod timebat ne fieret quasi secundus
a rege. Quod cum audisset david
ait. Mundus ego sum et regnum
meum a sanguine abner. et
veniat super caput ioab. Non
deficiat de domo ioab semi
ne fluens et leprosus et tenens
fusum id est effeminatus et cadens
gladio et indigens pane.
Quidam hoc volunt ei impre
cari seminis fluxum et lepram
et curvationem et stragem in
bello et mendicitatem. Quidam
legunt pro uno leprosus et tenens
fusum id est bene ventilabrum ad
repellendas muscas quia
leprosi muscas abigunt cum
ventilabro quod fit de foliis
palmarum et voluit intelligi inter
digitos instar fusi. Scidit
igitur david vestimenta sua et
flevit super abner et omnis
populus qui cum eo et indixit

Dicunt hebrei quod hic [illegible] non co
gnovit eam timore dei et ideo nomini eius
additum nomen dei scilicet el et dicitur faltiel id est
vadens a deo

omnibus senioribus israel ad he
spanum et ait. Vere scitis quoniam
hodie princeps maximus
cecidit in israel. Ego autem de
licatus sum et unctus rex. Verum
sum nouiter rex maxime
indigebam auxilio uestro.
Porro filij saruie nimis duri
sunt. De morte isboseth et secunda unctione dauid
Audiens autem
Isboseth de morte abner
dissolute sunt manus
eius et omnis israel perturbatus
est. Duo autem uiri principes la
tronum seruus erant cum isbo
seth baana et rechab de
filijs beniamin qui cum uiri
recessissent ab isboseth et
venerunt ad miphiboseth
filium ionathe ut facerent
eum regem qui noluit immo
prodidit eorum consilium. Et iuda
nos tradunt quod isboseth offe
sus erat eis eo quod dicebat
ei miphiboseth regem esse
debere cum filius primogenitus
esset saulis. Erat autem iste
miphiboseth claudus utroque
pede. Quinquennis enim erat
cum nunciatum est ei de mor
te saulis et ionathe et tol
lente eum nutrice ut fugeret
cecidit et confractus est. Porro
baana et rechab ingressi
sunt domum isboseth ferentes
spicas tritici qui primitias
regi hostiaria autem domus ob
dormierat et inuenientes is
boseth dormientem in meridie
interfecerunt eum et attulerunt
caput eius ad dauid in ebron
dicentes. Ecce caput uiri qui
querebat animam tuam estima
tes se munera accepturos
a dauid. Et ait dauid ad
eos. Interfecistis uirum innoxium
sanguinem domini uestri fudistis
et ideo auferam uos de terra
et precisis manibus et pedibus
eorum suspenderunt eos super
piscinam uel fontem in ebron.
Caput uero isboseth sepelie
runt in sepulcro abner et
venerunt seniores de israel ad
dauid et percussit cum eis fe
dus et unxerunt eum in regem
super omnem iudam. Hic ergo
tercio unctus est in signum regni
Secundo in regem super iudam. Tercio in
regem super israel. Filius xxx
annorum erat dauid cum regna
re cepisset super hiundat fi
lius ij diornatę gebreo et
xl annis regnauit in ebro
vij annis et vj mensibus super
iudam. Subaudi spatium nam
si statim post isboseth regnauit
in israel non nisi duobus annis
regnauit in iuda. Sed aiunt he
brei eum regnasse in ebron
aliquibus annis adhuc saule
viuente quia domus iuda iam
affectabat eum in regem. Sed ipse
mittebat eis munera tamquam
suus in exilium. At regnauit
xxxiij annis super omnem israel.
Si queratur quomodo de summa
annorum regni subtrahantur sex
menses. Aiunt hebrei dauid
egrotasse sex mensibus et minus
dignum regem fecisse. Vel quia
absalon persecutus est eum sex
mensibus et tunc quasi non rex
dauid. Et expugnat ierusalem — De expugnatione ierusalem
Postea collecto exercitu legitur
ascendit ierusalem ut eiceret
ubi ebuseum. Qui posuerunt

8

cecos z claudos sup muros
in derisione david dicentes
Non ingredieris huc nisi ab
stuleris cecos z claudos Ecce
dicit adeo e urbs fortis q
fortiu amplio no indigemus
Alij dicunt eos inposuisse
ymagines sup muros quas
dixerunt cecos z claudos i
m^t agentes Ecce dicat Etia
nobis m^t agentibus intrare
no poteris Vel cecos dixe
runt cecos z claudos q debi
les z similes cecis hijs re
putabat david eos Idem
teps in pübio dictu e cec
z claudus no intrabunt i regnum
dei Quomodo simpr i lege p
hibitu erat ceco z claudo
intrare ad offerendum pg ea
usum e i pübium Forte cu
ianitores arcebant immundos
dicebant enigmatice i in
figura cecus z claudus non
intrabunt ponentes cecitate
z clauditatem pro quali mendi
cia Porro inferiorem civitate
obtinuit dd tradente ea sibi
Horna iebuseo Cum arce
syon obtine no posset pro
posuit i premiu principatum
milicie illi qui primo percu
teret iebuseu z tangeret doma
tum fistulas cuniculos sub
terraneos per quos erat ascensus
usque ad arcem Aquilis itaque fe
stinantibus ioab puenit pri
mus z clamavit ad rege conferens
milicie principatu Et obtinu
it dd arcem expulsis oibus
iebuseis pter Horna et
edificavit per circuitu eius z in
cipiens intrinsecus a mello

et ptem illa civitatis vocat
civitate david Reliquam
ptem urbis extruxit ioab
mello at erat papitiu z qui
queda circunda vorago vallis
Porro ipa civitas david
postea vocata e mello Et edi
ficavit in ea david domu
hiram regi tyri secunde sibi
auxiliu mittendo ei ligna ce
drina z artifices Porro dd
accepit alias uxores z nati
sunt ei filij in ierlm inter quos
erat nathan alius sed a
nathan propheta que sibi david
adoptaverat post morte patris
Et nota q ierlm usque ad
melchisedech dicebatur iebus
aquo dicta e salem postea
a david dicta e iebusalem
Et postea mutata b in r di
xit ierlm quasi mutatam
salem Ierlm hebree mutato
est Tradit Josephus q hac
mutacionem ab homeres facta
quida dicunt z vim esse pu
tant Postea dicta e a salomone
Ierosolima et tande p sin
copam ierosolima Quod david p 88
Audientes vicit philisteos
at philistei david re
gnare sup isrl ascenderunt
omnes ut quererent david
z castra metati st i valle
raphaim no pcul a ierlm
Et egressus e adversus eos david
cum responso dni z pcussit
eos in ore gladij z divisit
eos at z fillat in fugam
obq vocatus e locus baal
pharasim i divisionu divisio
ut q ibi fugientes reliquis
rant ydola que tulit david

serviet conflauit. Et addiderunt
adhuc philistiim ut ascenderent
in ualle raphaim et posuerunt
ydola sua sub arboribus pirorum
Et ait dominus ad dauid non ibis
obuiam eis sed gira post tergum
et uenies ex aduerso pirorum
hebreus legit flentium id est ydolorum
que digna sunt fletu et cultores
eorum suos ad fletum cogunt
Cumque angelus domini incederet
super cacumina pirorum strepitu
facto irruit in eos dauid et
percussit eos usque ad gazer. De
…oc archę in
ordo reductione arche in
P dauid fecit tabernaculum in ierusalem
stultu in ipsos domum suam ad re
ponendum archam et posuit
in eo quasdam de ueteribus cor
tinis tabulas uero et columpnas
et bases peres reseruauit. Et
descendit dauid cum xxx mi
libus virorum et posuerunt
archam super plaustrum nouum
et tulerunt eam de domo a
minadab que erat in gabaa
id est in colle iuxta cariathiarim
non est hic gabaa proprium quidam
nomen urbis uel loci sed secundum
interpretationem suam colle sonat
duo autem filii aminadab mi
nabant plaustrum ayoth pre
cedebat et oza sequebatur. Dauid
autem et omnes israel psallebant
coram archa in musicis instru
mentis. Cum autem venissent
ad aream nachor calcitraue
runt boues et inclinata est
archa. et extendit oza ma
num et tenuit eam et aruit
dextera eius in qua debuit
archam ferre et iussedat perit
eius et oppressit et uocatum
est nomen loci illius percussio oze.
Dicit iosephus eum percussum
quod tetigit archam cum sacerdos
non esset. Alii dicunt quod posu
erat archam super plaustrum cum
sacerdos non esset. Alii dicunt quod
posuerat archam super plaustrum
cum humeris portare debuisset
hebreus tradunt quod ea nocte dor
mierat cum uxore sua. Timuit
itaque dauid ducere archam
ad se et posuit eam in suburbio
bio in domum obethe leuite
filii gedeon gethei. Et fuit
ibi tribus mensibus et benedi
xit dominus domum obeth. Aiunt
hebrei quod uxores eius et nuru
bine et nurus pepererunt
masculos et iumenta duplices
fetus. Quo audito abiit da
uid adduxit archam in ciuita
tem cum gaudio. Dauid autem accinctus
ephot lineo psallebat coram
archa in organis armigatis
id est ad armum ligatis. Est enim
quoddam genus est organi
quod fit cum aqua. Et uidit
eum psallentem michol per fe
nestram et despexit eum in corde
suo. Cumque posuisset archam
in loco suo obtulit dauid
holocausta pacifica et benedi
xit populo et partitus est per sin
gula capita collirida panis
vnam et assaturam bubale car
nis et simulam frixam oleo
Cumque rediret dauid in domum
suam subsannauit eum michol
dicens. Quam gloriosus fuit ho
die rex israel nudatus quasi unus
de scurris. et respondit dauid
Viuit dominus ludam et humilior
fiam. Alibi dicitur qui potius
elegit me quam patrem tuum
Quamobrem michol non est
natus filius usque in diem

mortis sue· qd inclusiue le
gendu est ·i· donec i partu
occubuit ·Vel exclusiue ide
inquantu qd vide velle Jose
phus qui dt ea de dauid
nume filios h'buisse sed de
bis tn dedcat eam pr suus
sublata a dauid qnqz filios
h'buisse qui intligendi sut
adoptiui mortua em merob
sorore sua qnqz filios eius
adoptauit michol De victo
rijs dauid
d'victorijs dd Factu e cum
sederet rex in domo sua
et dns requie ab hostib9 suis
dixit ad nathan vides q
ego habitem in domo cedrina
et archa dei posita sit i me
dio pellium capraru q pellib9
tegebat tabnaculu ·faciam
ei domu ·et ait nathan fac
q dns tecu e· nesciens quid
dicet Eade nocte factu est
vbu dni ad nathan ·dic ser
uo meo dauid no edificabit
m domu q sanguinaris est
·i· anticipato est ·s3 filius
eius succedens ei in regno
faciat domu nomi meo
et stabilia thronu eius usqz
i sempiternu ·z ego ero ei
i prem ·z ipe erit michi
i filiu ·Explicat pmissione
continet q ipe saluus sit
salomo ·his audit gauisus
e dauid de successione regni
et exinde prspue gras egit
deo dicens ·Ista e em lex
adam dne deus ut sit ·i· de
hominib3 ut sit sollicitus de
successione filioru ·vel ut gra
cias agat deo de bnficijs
Factu e aut p9 hec ptu
ssit dauid philisteos et
abstulit frenu ·i· ptatem
tributi qua hebant in isrt
de manu eoru ·z ptussit
eos et moab et mensus
e funiculo ·i· cu voluit de
dit hereditate coequas eos
tre ·i· valde humilias ·Et me
sus e duos funiculos vnu
ad occidendu et vnu ad vi
uificandu ·i· ad arbitriu suu
qs voluit occidit qs volut
reseruauit et factus e ei mo
ab tributarius et ptussit aza
dezer rege soba ·Cui cu
ferent psidiu sirus z da
mascus percussit ex eis
xxx milia ·z pones i sy
ria psidiu ·Sermo dt arcum
triumphalem fecit ea tributa
riam ·Audiens aut thou rex
emath ptussu eza dezer
hoste suu· misit ad dauid
ioram filiu suu cu mune
ribus z gras actione q
hoste suu ptussisset ·Cumqz
rediret dauid a siria occure
runt ei ydumei in valle
salinaru et ptussit ex eis
xii milia ·Sermo contigit
x et viii milia et in ze
belem ptussit xxii milia
et pones in ea psidiu
fecit eam tributaria ·Sic
impletu e qd dictu e re
becce maior seruiat minori
et retulit i iertm auru
z argentu multu nimis
qd sctificauit dno i fabri
ca future domus eis quoqz
cortinum sctificat de quo
fecit salomo mare eneu
columpnas z altare ·Porro
ioab erat sup exercitu ijo
saphat erat a comentarijs

l. scriptor gestorum Erebant
enim singuli reges cronicas
gestorum Sadoch et abiathar
erant sacerdotes Saraia vero
scriba l. cancellarius Banaias
autem erat super cerethi et phele
thi qui erant custodes da-
vid dicuntur fuisse lxx iudices
locorum ut moyses elegit
lxx Unde cerethi sonat ex
terminatores phereti admirabi
les filii autem regis sacerdotes
erant l. digniores preter pro
rege Dicitur iethro sacerdos fu
isse madian De misboseth

Et recordatus est david se
dens quod fecerat cum io
natha et ait Vtrum aliquis super
est de domo saul cum quo fa
ciam misericordiam pro ionatha Cumque
accepisset superesse miphi
boseth filium Jonathe debi
lem esse pedibus vocat eum
et restituit ei omnem posse
ssionem saul avi sui et consti
tuit eum comensalem suum tam
quam unum de filiis suis Porro
siba puer saulis cui erant
xv filii et xx servi ex manda
to david excolebat terram et
referebat fructus ad miphi
boseth in ierusalem Erat autem mi
phiboseth filius Micha Factum
est ut moreretur naas rex am
monitarum et regnavit pro eo
filius eius amon Misitque
david nuncios ut consolaretur
eum de morte patris monens
ut amicicie quas cum patre
eius habuerat permaneret
Cum enim fugisset abatiis sub
simulacione furoris a patre istius
benigne collectus fuerat Prin
cipes autem amon persuaserunt
regi suo dicentes Nescis quod pre
misit david ut videret in
gressum et aditum tuum ut proici
at te et terram tuam Tulit itaque
amon servos david et rasit
dimidiam partem barbe eorum
et precidit vestes eorum usque
ad nates Videntes autem amonite
quod irritassent david condu
xerunt sibi milites de syria
roab et syria sabal et a rege
amacha et a rege istob Audi
ensque david misit ioab et omnem
exercitum adversus eos Stabat
autem amonite ante ingressum urbis
et syrorum exercitus erat in campo
Joab quod divisit exercitum et par
tem tradens abisai fratri
suo parte sibi retinuit Et
irruens in syros fugavit eos
in ore gladii Quod videntes
amonite et ipsi terga dederunt
abisai et receperunt se in
urbem Joab vero rediit in ierusalem
cum triumpho Videntes autem syri
quod corruissent coram israel colle
gerunt iterum exercitum ampliorem
david quod congregavit populum israel
et transiens iordanem duxit acie
adversum syros et percussit ex
eis currus et equites xl mi
lia et sabal principem milicie
Timueruntque syri amplius
deinceps prebere filiis amon
feceruntque pacem cum israel et
servierunt eis De morte urie (de morte urie et pena david)

Factum est et pena david
vertente anno verno tempore
quod dicitur annus legittimus cum solent
reges ad bella procedere misit
david ad ioab universum israel
et vastaverunt filios amon
et obsederunt rabath David

aut remansit i ierlm et de
ambulaet post mei diem
in solaio viditqz quadam ber
sabee uxorem urie filia he
lie filii achithophel lauante
se aqua frigida. Cuius specie in
flamatus adse vocata cognot.
statimqz sanctificata e ab immunditia
sua .i. coitu. post coitu lauit
se et concepit et cessauit me
struu sanguine que natura d' re
seruaret pro concepto i alimonia
fetus. Iccirco dicunt ea cito me
struata esse et adtactu regis ce
ssasse menstrua. Dicit epiphanius
qd cu vocasset dauid bersabee
cognouit hoc dat natham in
spu et festinabat ad dauid
ut prohiberet antequam veniret
mulier et impediuit eu belial
al .i. diabolus. Nam i venit
i via hoiem occisu nudum
iacentem et morando fecit ibi
Eade nocte rex impleuit peccatu
et lusit natham. Cumqz concepi
sset dauid eam concepisse re
uocauit uriam armigerum
ioab. Sed m iosephum ab obsedi
one ut ingrederet ad uxorem
et partus ei asscriberet. Requisiuit
qd dauid ab uria de statu belli
monens ut intraret ad uxorem
et paululu refaceret se. Et no
acquieuit ei urias et dormi
uit cu seruis regis. Altera die re
uocauit eu dauid iterum et sta
tuit eu secum i mensa inui
tans eu ad pocula usqz ad
ebrietatem sed no sit quietatus
e vir desiderio uxoris et ait
Archa dom et isrl habitant
i papilionibus et dominus meus ioab
sup faciem tre et ego ingrediar
in domu meam. Per salutem
tuam rex no faciam rem hanc.
Centus qd dauid qz no in
trauit scripsit ad ioab quod
deliquisset in eu urias ut
poneret ipm i ea parte belli
in qua pressura intraret. Cu
qd tulisset urias eplam
mortis sue scdm mandatu
regis interiit

Cap. Porro bersa

Pbee accepta morte uiri
planxit eu. Transactoqz luctu
vocauit eam dauid et facta
e ei uxor et pepit ei filiu.
Tunc misit natham dominus
ad dauid qui proposuit ei pa
radigma de diuite habente oues
plimas qui rapuit uicino
paupi ouicula una qua
habebat ut ex ea pararet cibos
hospiti qui sup venerat. Et in
dignatus rex i hominem illum
dixit. Viuit dns qm filius
mortis e qui hec fecit oue
reddet i quadruplu. Dixit
natham. Tu es vir ille qui
uxorem urie accepisti tibi
et ut occultares adulterium
interfecisti eu gladio filiorum
amon. Propterea hec dicit
dns no recedet gladius de domo
tua usqz i sempiternum. Ecce
suscitabo sup te malu de
domo tua. Hoc ultimu fcm
e quando persecutus e eu absa
lon. Primum uo in diuisione
regni post salomone. Et ait
dauid ad natham. Peccaui
domino et descendens de domo
et throno confiterti cepit
i tra et tamqz uir de tota
terra omnibus confiteri peccatum no
erubuit. Et ait natham

adeum. Transtulit dns peccatum tuum
nec morieris nec regnum amittes
verumtamen filius qui natus est tibi
morietur quia blasphemare fecisti
inimicos nomen domini
Diuerterunt enim in ydolatriam ut dicere
potuerint. Non est iustus deus
iste qui saul amouit a regno
et substituit dauid. cum dauid
grauius quam saul peccauerit
Percussit ergo dns paruulum
usque ad desperationem uite et de
precatus est dauid dnm pro par
uulo et ieiunauit et iacuit super
terram et noluit consolari. Acci
dit autem die vii ut moreretur
infans et uidit dauid ser
uos mussitantes intellexit quod
mortuus esset. Quo accepto
lota facie et mutata ueste
intrauit ad dominum et adorauit
et consolatus comedit. Et ad
mirati sunt serui quod contra con
suetudinem egisset. Et ait ad
eos. Cum adhuc viueret puer
fleui et oraui ut viueret. Eo
mortuo quare flerem. Numquid
potero reuocare eum. Ego uadam
ad eum. Ille uero non reuertetur ad
me. Hoc autem agebat dauid
ut consolaretur bersabee quam
diligebat eam. Et procedente
tempore genuit ex ea filium quem
uocauit salomonem. commisitque
eum in manu nathan qui vo
cauit eum ydida id est amabilem
domino. Quomodo ioab cepit rabath

[...]ab ce[...] [...]bath

Interim pugnabat
ioab contra rabath et oppu
gnabat eam. misitque ad da
uid dicens. Veni et cape ciuitatem
ne nomini meo ascribatur vic
toria. Et congregauit dauid
omnem populum et profectus cepit
urbem et uastauit eam et tulit

dyadema de capite melchom
quod signat ydolum eorum. Et erat
ydolum amonitarum. Et erant
in dyademate gemme preciose
et auri talentum quod constauit
dauid et formauit ex eo sibi dya
dema in medio gemmarum sta
tuens sardonicem in capita
lem. Porro reliquas ciuitates
amonitarum uastauit et mul
tos de populo serrauit serra
uehiculis ferratis et plures
diuisit cultris in ipso la
terum. De thamar qua oppressit amon

de thamar qua oppressit amon

Factum est post hec.
Suscitauit dns malum
in domo dauid hoc modo
Amon primogenitus eius dili
gebat thamar sororem abso
lon ex utraque parte ita ut
deperiret in ea et egrotaret
Erat autem cognatus et fami
liaris ionadab filius semmaa
fratris dauid prudens ualde
quem Josephus ionathan vo
cat. Sicut quidam arbitrantur
fuisse nathan sed absit ut
propheta flagiciosum dedit consilium
hic ait ad amon. Quare sic
attenuaris mane fili regis
cotidie qui debes succe
dere regi in regno. Et inquit
amon diligo thamar super
modum. Cui inquit. Simula
languorem. Cumque uenerit pater
tuus ad te visitandum dic ei
veniat rogo oro thamar so
ror mea et faciat mihi pulmen
tum ut comedam suauius de ma
nu eius. Cumque venisset thamar
a rege missa cepit in oculis
eius sorbitiunculas uel secundum
Josephum collirridas frixas
Et eiecit amon omnes viros
Cumque intrauisset thamar ad

eu in conclaui apphendit ea
et ait. Cuba mecu soror mea
que indit. Noli fr̄ opprime
me et face obpbriu genei
tuo in ysrl. Sed loque ad re
gem et no negabit me t
hoc aiebat ut subterfugeret
manus eius. Non em phiab
eat sedm lege ut quis du
ceret sororem sua oppre. Et
quida dixerunt hoc dictu
esse si fuerunt ambo eiusde
patris. hic at fuerat de matre
gentili naactha qua dauid
cepat i plio. z cesale z vn
gimbs ptisis sedm lege du
xerat eam i vxorem. Licita tra
dunt illos potuisse fieri coniuges
Noluit at acquiescere amon
et oppssit eam z stati exosa
habuit eam mags q̄m an dile
xerat. z eiecit eam ase ro
gante ut apt eu maneret
z esset ei vxor. Cuqz eiecisset
eam puer amo appsit ci
nem i capite eius z ruput
tunicam talarem qua utebat
filie regis virgines qua iosephus
uocat colubrim manicatu
z i posit manibs sup capt
ingressa e ad absolon frēz suu
eiulās. Cui fr̄ ait. Tace so
ror fr̄ em tuus e. z mansit
i domo absolon longo tpe
sustinens viduitate uel vi
litate. de morte amon et
fuga absolon et
reditu eiusdem

Actu e
aut pg biennium ut asce
deret absolon ad tondedas o
ues. z ait ad rege. Veniat
oro rex cu seruis suis ad do
minu pueri sui. Cuiqz rab
nuisset ne grauaret eu ait
absolon veniat salte amo
fr̄ meus z filii regis tu eo. Et
abierunt cu absolon. Cuqz
recubuerent pueri absolo ex
precepto eius interfecert amo
temulentu .i. ebriu. et asce
dentes filii regis mulas suas
fugerunt. Et pvenit fama
ad dauid dicens. Pcussit abso
lon omnes filios regis. z scidit
rex uestimenta sua z cecidit
sup trram. Jonadab at que
uitas no latebat ait ad
rege. Ne timeat dns meus
qm solus amo mortuus e
que odeat absolon a die qua
oppssit sororem eius. Et ecce
apparuert filii regis et fle
uert cu rege planctu magno
nimis. Porro absolon fugiens
abiit ad tholomai amon suu
rege yesur. z fuit cu eo tribs
annis. Rex at consolatus sup a
mon interitu cessauit nolle
psequi absolo. Ergo intelligens
yoab qui diligebat absolon
misit ad rege mlierem sapi
entem de thecuena que putat
esse scania amos pphe. et
posuit yoab uba sua i ore
eius. Cuqz i gressa fuisset
mlr ad rege adorauit dicens
Serua me rex. mortuus est
vir meus. z erant mi duo filii
et interfecit alt altm i agro
et consurgit vniusa cognatio
aduersus ei ocisorem querentes
aiam illius p aia ocisi et
querunt extinguere scintilla mea
sup trram. Hec mlr exposuit
sei i psona dauid. z filios
suos i psona amon z absolo
et cognacom sua i psona
aliorum filiorum dauid. Et ait
rex ad eam vade i pace. Ego
iubebo ut uidebo prote

Cur tu non sufficeret mihi ait
ad regem In me sit domine hec
iniquitas et in domum patris mei
rex autem sit innocens Et iterum
dicit si putas iniquum partem
occisori me imputet et domui
mee Cumque iterasset rex pre
missionem non sufficeret mihi
mulier instantius rogabat
regem Et iurans ait vivit dominus
quia non cadet unus de capillis
filii tui super terram Tunc compo
nens eam mulier similitudinem ait
Reducat ergo dominus meus abiectum
suum Non enim vult deus animam pe
rire et omnes dilabimur tamquam
aque que non revertuntur Et iu
dicat mortuum filium revocare
non potes ad vitam melius est
ut revoces viventem quam alium
vindicando utrosque perdas Et
ait rex Numquid manus Ioab est
auxilium tecum est in isto Et re
spondit Ipse posuit hec verba
in ore meo ut venirem simi
litudine sermonis huiusmodi Et ait
rex David ad Ioab Revoca
puerum Absalon Cumque redu
xisset Absalon in Ierusalem ait
rex Non videat faciem meam
donec novero eum ne eo viso
reminiscatur in me dolor filii
Et mansit Absalon in Ierusalem
duobus annis et faciem regis non
vidit Porro Absalon erat
decorus nimis Cuius cesaries
secundum Iosephum tanta erat ut
vix in octo diebus tondi potuisset
quia semel in anno tondebatur
ponderabat ducentis siclis
forte huiusmodi ponderis erat ton
sura eius Vel hoc precio eme
bant mulieres ut subordina
rent crines suos Natique sunt
Absalon filii tres et filia
una nomine Thamar ap

sitque sepius ad Ioab ut mit
teret eum pro eo ad regem Et iterum no
luit venire ad eum Misitque Ab
salon servos suos ut incen
derent segetem agri Ioab Quo
facto venit ad eum Ioab dicens
Quare succenderunt servi tui Et iterum re
spondit aliter te habere non potui
Obsecro intra ad regem ut
videam faciem eius aliquin in
terficiat me Et ingresso Ioab
ad regem vocatus est Absalon quod absalon persecutus est david
et osculatus est eum rex quod absalon
Tunc cepit persecutus est david
Absalon aspirare ad regimen
nam te lapsis annis eum gemitus
ut iners erat ut mortuus
Fecitque sibi currum et equites
et qui precederent eum et mane
consurgens stabat in porta Et
blandiebatur ascendentibus ad
regem iudicium dicens Bona sunt
que dicis sed non qui te audiat
constitutus a rege quis constitu
et me ut iuste iudicem
Et inclinabat ad se corda
virorum Post quadraginta annos
reversionis ait ad regem Di
cam in exilio vovi Si reduxerit
me dominus in Ierusalem sacrificabo
domino in Hebron Vadam ergo ut
reddam vota mea Et ait
rex Vade in pace Alia littera
est post xl annos xl enim anni
fluxerunt ex quo occisi sunt sacer
dotes nobe qui posuit hic
ut monstraret divinam ultionem
sevituram super David eo quod Abi
melech sacerdotem fefellit Abiit
ergo Absalon in Hebron utens
consilio Achitophel Gilonite
qui fuerat consiliarius David
Et egressi sunt multi cum eo
derelicti rem ignorantes Cumque
immolasset hostias Facta
est coniuratio valida ad regem

bat populus cum absalon. Et david cum
omnibus suis ait servis suis
fugiamus cito ne forte veniens
absalon occupet nos et percu-
tiat civitatem. Et egressus est rex
et universa domus eius pedibus
dimittens x concubi-
nas ad custodiendam domum
et precedebat regem cerethi et
phelethi. et cum eo viri pugnato-
res qui secuti fuerant eum
de geth. Isti comitati beneficia p-
stitisse david qui latitavit in
geth et retributionem declarat eis
locum in ierusalem. Josephus dicit cum
illos egressos cum eo qui quondam
astiterunt ei in saulis persecutione
potuit ac fieri ut hii et illi
cum eo essent. Et ait rex ad
ethai getheum filium achis qui
primus erat inter ductores. Reduc
fratres tuos in ierusalem et habita cum
rege absalon. heri venisti
et hodie compelleris nobiscum. Et ethai
respondit. Vivit dominus nec in
morte nec in vita derelinquam te
Et egressi sunt universi cum re-
ge flentes usque torrentem cedron
et levite portantes archam
deposuerunt eam donec transiret
populus. Et ascendit abiathar
ad consulendum dominum. Et qui non
invenit ei. Et tunc ait david
sadoch ad sadoch. Revertere in civitatem
cum archa. Ego abscondar in
deserto. Achimaas filius tuus
et jonathas filius abiathar
sint nobiscum per quos veniat
ad me sermo a vobis. Et re-
dierunt cum archa. Cumque ascen-
disset david clivum in monte
olivarum occurrit ei chusai a-
rachites consiliarius eius. Et ait
david. Revertere et esto cum absa-
lon. et dissipabis consilium achi-
thophel. et quod audieris in

domo regis indicabis sacerdotibus
qui dirigent ad me filios suos
Et venit chusai ad absalon
in ierusalem. Cumque paululum processi-
sset david apparuit siba cum
duobus asinis ferens panes
et una passarum et massas
palatarum i. ficuum que inter
tabulas quas palas dicimus
presse compinguntur. Et ait si-
ba ad regem asinos duxi ut
insedeat domestica regis et
tuli cibaria ut alant in de-
serto. Et ait rex ubi est mi-
phiboseth. Qui respondit. Rema-
sit in ierusalem dicens hodie re-
stituet mihi dominus ultionem pr
mei. Et ait rex sibe. Tua
sint omnia que fuerunt miphi-
boseth. Venit ergo david usque
ad bahurim. Et egressus est vir
de cognatione saul nomine
semei proiciens lapides ad lu-
tum maledicebat regi dicens
Egredere vir sanguinum. Convertit p
in te mala que fecisti in
domum saul. Et tunc cum vellet
percutere abisai prohibuit
david dicens. Filius uteri mei
querit animam meam quanto ma-
gis filius gemini. Precepit eum
dominus ut malediceret. Ut respi-
ciat dominus hanc afflictionem meam.
Ambulabat. Hebrei dicunt semei
fuisse nabath patrem hiero-
boam et non alium eius ge-
neris. Et descendit david usque de consilio
ad jordanem. De consilijs chusai morte
et morte achitophel

Factum est autem
quod chusai veniens ad
absalon adivit dicens. Salve
rex. Ad quem absalon. Quare
non ivisti cum amico tuo. Qui re-
spondit. Illius ero quem dominus
elegit et omnis israel. Cui ser-
viam. Nonne filio regis. Sicut

patri tuo sic parebo et tibi. Tunc ingressus est absolon coram omnibus ad tabernaculum patris de consilio achitophel ut sic intelligeret omnis israel quod odia persequeretur patrem et roborarentur cum eo. Post hec achitophel dixit. Eligam mihi xii milia virorum et persequar hac nocte david et percutiam eum quia fessus est et redibunt ad te universi quasi unus homo. Et ait absolon vocemus chusi et consulamus eum. Et ait chusi non est bonum consilium hac vice. Nosti patrem tuum et viros eius robustos esse et fortissimos. Si modo percussissent aliquos de tuis quicumque audierit dicet facta est plaga in populo qui persequebatur david et timebunt esse tecum. Sed hoc est consilium bonum. Congregentur ad te omnis israel et irruamus super eum et ubicumque fuerit opprimemus eum. Et placuit omnibus consilium chusi. Et dixit chusi sacerdotibus ut nuntiarent david ne maneret in deserto nocte illa sed transiret iordanem. Et abiit ancilla ad filios sacerdotum qui latebant iuxta fontem rogel primum fenus quasi ad abluendum et indicavit eis verba chusi. Vidit autem eos quidam puer filius ancille ut dicitur et indicavit absolon. Iosephus tamen dicit quosdam equites vidisse eos et nuntiasse absolon. Qui misit post eos ut comprehenderent. Et illi ingressi sunt bahurim in domum mulieris rogantes ut celaret eos. Que dimisit eos in puteum et expandit velamen super os putei quasi sic-

cans tipsanas vel ordeum ad tipsanam faciendum et sic res latuit. Cumque reversi essent qui missi fuerant. Illi ascendentes de puteo nuntiaverunt david que tradita eis fuerant. Et transivit david cum suis iordanem prius quam dilucesceret et venit in manaim. Porro achitophel sciens redditum ad david et timens incidere in manus eius descendit in domum suam in gilo et laqueo se suspendit. De morte absolon

Absolon autem collegit exercitum et transivit iordanem et statuit amasam super exercitum. Porro ioab hic erat filius abigail filie naas vel isai sororis david. Sarvia, iosephus abigeam vocat. Et erat consobrinus ioab. Porro viri transiordane et maxime bercellai galaadites obtulerunt david tibialia multa nimis et stratoria et tapecia et vasa fictilia. Porro david divisit populum qui cum eo erat in tres partes. Unam dedit ioab, secundam abisai, tertiam ethei gethee qui putatur fuisse filius achis amici david. Cumque vellet egredi ipse cum eis ad pugnam restiterunt ibi. Te solum querit, alios non curat. Cumque egrederentur omnes ad pugnam ceciderunt vii milia. Unde stabat david iuxta portam et dicebat. Servate mihi puerum absolon. Et factum est plurimum in die illa iuxta saltum effraim. Et fugit exercitus absolon cesis de eo xx milibus et plures interfecerunt bestie saltus. Vel asperitas saltus quam gladius. Fugiensque absolon super mulam venit

de morte absolon

ad quercum condensam et
intercepto capite eius inter
ramos constrinxit eo suspenso.
Quod cum quispiam nun-
tiasset Ioab ait ad eum:
Si vidisti quare non confodisti eum?
Qui respondit: Non mitterem
manum meam in filium regis
presertim cum audierim eum dicen-
tem: Servate mihi puerum Absa-
lon. Et infixit Ioab tres
lanceas in corde Absalon qui
adhuc palpitantem interfece-
runt enim armigeri Ioab
et proiecerunt eum in foveam
grandem et comportaverunt super
eum acervum lapidum ut
duplici morte periret scilicet gla-
dio et lapidatione tamquam
facinorosus. Israel autem fugit
in tabernacula sua. Porro Ab-
salon adhuc vivens ere-
xerat sibi titulum in valle re-
gia que duobus stadiis di-
stat a Ierusalem in monumen-
tum nominis sui et nominatur ti-
tulus Manus Absalon. Hunc ti-
tulum quidam putant fuisse
archum triumphalem in
quo sculpta erat manus
Absalon. Sed Iosephus dicit
statuam fuisse marmoream.
Tunc ait Achimaas ad
Ioab: Curram et nuntiabo
regi. Qui respondit: Nolo te
hodie nuntiare, filius enim
regis mortuus est. Et ait
Ioab ad Chusi: Vade et nun-
tia regi que vidisti. Et cucur-
rit Chusi. Currens ergo Achi-
maas quoque cum per viam com-
pendii transivit eum. David
autem sedebat inter duas por-
tas. Speculator vero in fastigio

porte exclamavit: Video ho-
minem currentem solum.
Et ait rex: Si solus est, bonus
nuntius est. Et iterum ait specula-
tor: Apparet michi alter ho-
mo solus currens. Dixitque rex: Et
iste bonus est nuntius. Et veni-
ens Achimaas adoravit di-
cens: Benedictus deus qui conclu-
sit homines levantes se contra
regem. Et ait rex: Estne pax
puero Absalon? At ille noluit
indicare. Chusi vero superve-
niens indicavit et contristatus
rex ascendit cenaculum porte
flens aperto capite et clamans:
Fili Absalon, quis michi
tribuat ut ego moriar pro
te Absalon fili mi, fili mi
Absalon. Quod audiens
populus timuit intrare civita-
tem. Et ingressus Ioab ad re-
gem dixit: Confudisti ho-
die vultus eorum qui salvam
fecerunt animam tuam. Dili-
gis odientes te et odio ha-
bes diligentes te. Procede
et alloquere servos tuos. Alio-
quin nec unus remanebit
tecum hac nocte et erit hoc
malum tibi super omnia que
umquam passus es. Sedit ergo rex
in porta loco [illegible] et venit
ad eum omnis multitudo et be-
nigne locutus est eis.

De reditu David quid [illegible]

Vero qui
Precati fuerant Absalon
mutuo se hortabantur
ut revocarent regem me-
morantes beneficia eius in
Israel. David vero misit ad Sa-
doch et Abiathar ut loque-
rentur ad viros Iuda. Hec
dixit rex: Os meum et caro
mea vos. Quare novissimi

reducat regem. Cui ait david
videte ne tardiores ceteris sit(is) fit
et per eosdem iuravit amas
e quod principem militie
eum faceret pro ioab. Et mise
runt viri iuda ad regem ut
rediret. Et venit rex usque
ad iordanem. et venit omnis
iuda in occursum eius in gal
gala. Semei quoque de bau
rim descendit cum eis hinc
[illegible] mille viri de
beniamin. Siba quoque et
filii eius et servi transiordanem
venerunt ad eum ut tra
ducerent domum eius. Isti scilicet
ioseph fecerunt pontem
super iordanem ut facilius
transiret rex cum exercitu. Cum
que transiret rex adoravit
semei dicens. Ne memi
neris domine iniquitatis servi
tui. Scio enim peccatum meum
et ideo hodie veni in occur
sum tuus primus de omni do
mo ioseph. Non quod esset de
tribu ioseph. sed quia habi
tabat in parte effraym.
Cumque abysai diceret semei
adesse occidendum. Dixit da
vid. An ignoras me hodie
factum regem super israel. quo
ne hodie interficietur vir in
israel. Cui dicat illos qui
dam qui me fecerunt hodie
regem super se in israel. Time
bat quoque si interficeretur se
mei quod reliqui qui similiter
offenderant nollent eum
sibi facere regem. Et ait ad
semei non morieris. Miphi
boseth quoque venit in occur
sum regis illotis pedibus et
intonsa barba. Ita et ves
tes non laverat a die quo
egressus est rex. Hebreus habet
infectis i. non fecit pedibus
tradens quod fecerat sibi

pedes ligneos. Et ait rex ad
eum. Cur non venisti mecum
Cui respondit. Servus meus
contempsit me nolens in
sternere asinum ut irem cum
rege. insuper et accusavit me.
Tu autem quia iustus es fac quod
tibi videtur. Et ait rex fi
xum est quod locutus sum. Tu
et siba dividite possessio dimidite
nes. Cui dicat utique unum
dederam. sed quia uterque totum
habere non potest inter vos dividan
tur. quod david immemor iuramenti
est ionathe iniuste iudicavit
Et ideo roboam et ieroboam
diviserunt regnum eius. Ber
zellai quoque qui prebuerat
regi alimenta descenderat
cum eo. Et ait rex ad eum
veni mecum in ierusalem et hono
rabo te. Cui respondit. Octo
genarius sum hodie non in
digeo. habeat vicissitudinem cha
naan filius meus vadat
tecum. Et fac ei quod tibi videtur
Et ait rex veniat et faciam
ei quod tibi placuerit. et rediit
berzellai in locum suum. Cum
concurrerent ad regem omnes
viri israel et indignantes
dixerunt. Quare te furati
sunt fratres nostri viri iuda et tra
duxerunt te sine nobis.
Et respondit iudas quia pro
pinquior est michi rex. Et ait
israel. decem partibus ego ma
ior sum ideo magis ad me
pertinet david quam ad te. primum
enim primogenitus sum. Cumque d
durius respondissent viri durius
iuda siba filius boc vir ge
mineus cecinit buccina et
ait. Non est nobis pars in
filio ysai. Revertere in taber
nacula tua israel et recede
tes a david secuti sunt siba
viri autem iuda reduxerunt

de morte sybe et amase

regem suum in ierusalem

De morte sybe et amase

M cho ciuit
decem concubinas ad
quas ingressus fuerat
absolon reclusit in domo custo
diam viduitatis nec est in
gressus ad eas. Et ait rex ama
se quasi principi milicie: Con
grega michi viros iuda in
diem tercium. Abiit ergo amasa
et moratus est extra placitum
id est extra dies placitas uel statu
tas. Et abiit rex ad abisay
mo ad ioab quia iam animo
uerat a principatu. Tamen
Iosephus dicit eum dixisse ad
ioab: tolle seruos tuos domini
tui et persequere sybam ne ef
fugiat nos. Et egressi sunt ad
eos omnes robusti de ierusalem
et occurrit ei amasa veniens
iuxta lapidem grandem qui
est in gabaon. Porro ioab
vestitus erat tunica stricta. Io
sephus tamen dicit lorica et
accinctus erat gladio fabre
facto id est artificiose composito
qui leui motu egredi po
terat et arte quadam simu
lans quod cecidisset gladius
et recepisset eum dextra ma
nu tenuit mentum amase
quasi osculans eum et sinistra
percussit eum in latere et ef
fudit intestina eius. Ioab
autem et abisay persecuti sunt
sybam et subsistebant venien
tes ad mortuum in via.
Vir autem quidam ammonuit
eum in agrum et operuerunt
eum ne subsisterent transeun
tes clamans quod iuste occi
sus esset eo quod in dolo mo
ram fecerat redire ad regem.
Ioab vero tuo obitu obsedit
sybam in abela et moliebatur

destruere muros urbis.
Et exclamauit ad eum mulier
sapiens de ciuitate. Sermo
dicebatur in veteri prouerbio:
Qui interrogant, interro
get in abela qui dicat. Hec
est urbs consilii ab antiquo
et est adhuc que respondere
potest si quis interrogauit.
Quare queris euertere matrem
ciuitatum israel? Quare precipi
tas hereditatem domini? He
breus non habet pro prouerbio
et est sensus: Sicut enim ser
mo dicebatur in veteri
id est quondam in lege dictum est ut
israel prius offerrat pacem
hostibus quam aggrediatur eos.
Quare ergo precipitas hereditatem
domini id est cur non seruas legem
in israhelitas que seruata
est in alienigenas. Post
ea legit hebreus quod hic
positum est ad commendationem
urbis secundum priorem expositionem.
Et respondit ioab ad eam: Non
quero euertere urbem sed syba
filium bochri. Mulier ergo latenter
in sua contra dauid et locu
ta est in ciuibus sapienter.
Qui absciderunt caput sybe
proiecerunt ad ioab. Quere
uersus est ergo ioab in ierusalem ad
regem et restituit rex io
ab super exercitum et alios mini
striales in officiis suis sicut
supra. Hoc addito quod aduram
statuit super tributa colligen
da et quod yram factum est
sacerdos dauid prius. De vii vi

[rubric: De vii viris suspensis in ulcione gabaonitarum]

Facta est fames in diebus dauid
tribus annis iugiter et con
suluit dominum. Qui respondit:
hoc fieri propter saul et domum
eius qui occidens gabao
nitas qui pro zelo filiorum israel

de … suspensis in gab.

iuramentum fecerat in medio
tumultus hoste et seniorum. Et
ait david ad gabaonitas
Quid faciam vobis ut be-
dicatis hereditatem domini. Re-
sponderunt virum qui attrivit
nos dele debemus ut ne v-
nus quidem residuus sit de stir-
pe eius. Et quia david hoc fa-
cere non poterat propter iuramen-
tum quod iuraverat iona-
the. Temptavit petitores
dicentes dentur nobis vii
viri de filiis eius ut cru-
cifigamus eos domino. Pe-
percit rex miphiboseth fi-
lio ionathe et tradidit
eis duos filios saul quos
peperit ei respha. Isti adhuc
quieverunt cum doech decide-
runt sacerdotes nobe, et pro-
pter ea gabaonitas. Dedit etiam
eis quinque filios mychol
adoptatos sibi quos genu-
erat merob adrieli. Ga-
baonite quoque crucifixerunt
eos in diebus messis prime
i. incipiente messione
ordei. Tollens autem respha
cilicium substravit sibi su-
pra petram cubans iuxta
eos die ac nocte ut arce-
ret ab eis aves et bestias
ab initio messis donec stilla-
ret super eos aqua i. usque
circiter kalendas septem-
bris. Tunc enim ipsa natura
terre circumquoque messes plu-
via descendit. Hanc respha
quidam non bene putant
fuisse orpham nurum noe-
mi. Audiens autem david
quod fecerat respha deposuit
eos de patibulis et tollens
ossa saul et ionathe de
viris galaath et ossa

eorum qui assumpti fuerant
sepelivit eam in sepul-
chro patris eorum. Et deo sic fac-
ta reddidit deus ubertatem
Factum de quatuor terre
est autem filiis david
iterum prelium philisteorum
adversus israel et pugnabat
david cum suis adversus
eos. Cumque ferre defecisset
david pugnando iesbi-
denob qui fuit de genere ara-
pha visus est perimere david
et intercessit ei abisai et
interfecit philisteum. Hunc
tradunt hebrei fuisse de ge-
nere gigantum. Arapham
vero dicunt fuisse orpham
matrem iam videlicet que pe-
perit bub gethee quatuor
gigantes qui hic memoran-
tur iesbidenob, saph, goli-
am, quartum habentem senos digi-
tos in manibus et pedibus
cuius nomen ignoratur. Tunc
iuraverunt viri david di-
centes iam non egredieris
nobiscum in prelium ne extin-
guas lucernam in israel. Oc-
casione huius ultimi preli-
i epilogat hystoria hic tria
superiora prelia david nota-
ta non tamen eo ordine
quo gesta sunt. Et notandum primum
fuit in gob urbs est que
etiam et gazer dicitur in quo
percussit sobochai saph de
genere gigantum. Aliud quoque
prelium similiter fuit in gob in
quo secundum iosephum appar-
uit vir fortis ephro cognatus
david qui suis in fugam versis
solus plurimos hostium pe-
remit et alios in fugam con-
vertit. Liber vero regum

de iiiior pliis david

In hoc loco ponit prelium da-
uid contra goliam in hunc
modum. Sed quo percussit
a deo datus filius salti pol-
limitarius bethlehemites
goliath gethenum. Hic
quatuor nominibus expri-
mitur dauid et dicitur a deo
datus quia ad liberationem israel da-
tus est a deo in regem. filius
salti quia de pascuis et
saltu assumptus est. Polli-
mitarius quia de genere
bezelleel beselleel pollimi-
tarii fuit mater eius uel
quia multis modis amplia-
uit cultum domini. Bethle-
hemites dictus a patria. Ge-
theum quoque et aliud
prelium in quo ionathas filius
semmaa fratris dauid percus-
sit virum habentem senos digi-
tos in pedibus et manibus.
Expedito itaque dauid ap-
hus locutus est domino verba
carminis huius. In die qua
liberauit eum dominus de ma-
nu inimicorum suorum et de ma-
nu saul et dixit petra mea
et cetera. In psalmis secundum
translationem nostram ita legi-
tur diligam te fortitudo
mea domine f. m. et xvii et cetera.
Cuius titulum suprascripsit esdras
verbis suprapositis in diem
qua liberauit eum dominus
et cetera. Josephus hoc dicit quod
cum dauid pace altissima frue-
retur cantica et hymnos
composuit. Alios trime-
tros alios v metros diuer-
sa organa faciens in quibus
leuite per sabbata et ali-
as solempnitates hymp-
nos dicerent et ponit io-
sephus etiam inter psal-
terium et nablum. Et est
psalterium canora cythara
decem cordis coaptata que
cum plectro percutitur. Na-
blum vero decem sonos habens
digitis tangitur. Hec autem
supradictum reddit. Dauid loquens
de se tamquam de alio. Hec sunt
verba nouissima que dixit
dauid filius ysai dixit vir cui
constitutum est de promissio fa-
de xpo dei iacob. Hebreus
habet ita dixit vir leuatus
super xpos dei iacob i. super
alios exaltatus et unctus a
deo quod hec verba. Quidam di-
cunt predictum psalmum nouissimum
scriptum a dauid. Sed tutius est
ut dicamus nouissima ver-
ba dauid que secuntur. Spiritus
domini locutus est per me et cetera
et est forte psalmus nouis-
simus scriptus nec alius c. l. am-

P hoc Capitulo enumerat
curia qq fortium dauid
regem erant omnes
fortissimi quorum ministe-
ries fuerunt xxxvi sig-
or tamen ceteris erat dauid
sedens in kathedra sapientis-
simus et ita erant xxxvii
armati dauid. Porro de illis
xxxvii qui erant super xxxvi
Erant fortissimi alii tres
non a deo fortes. Sed tres fortio-
res illis xxx ut quidam dicunt
possimus xxx erant fortes
tres vero fortiores eis. Tres
vero illi qui fortissimi. Et secundum
hunc oppositum catalogum xxx
vii incipit. Ibi princeps inter
tres ipse est quasi tenerrimus
ligni vermiculus qui dicitur [illegible]
fecit impetu uno. Josephus
dicit xc palipemenon [illegible]
Iste vero nominatur princeps hic

abiisai historia paralippomenon vocat
eu iesbon Josephus eusebium
nt legit ubi hic factu fuit
nisi quantu hic commemorat
Post hic erat eleazar filius
patrui dd qui pcussit phi
listeos donec deficeret manus
eius et obrigesceret cu gladio
Post hunc erat semmaa ara
rites que Josephus semen vo
cat qui cu fugissent plebs (?) so
lus stetit magle meu et p
cussit philisteos i israhel
et interfecit hiis tribus jose
phus attribuit delatonem aque
de cisterna bethleem hystoria
uero regu refert illud ad tres
sequentes qui fortiores duximus
quorum primus erat abisai frater
yoab Ipse e qui leuavit hasta
sua contra ccc quos interfecit
optimus quidem sed usque ad
tres primos non pervenit Post
hunc erat banaias qui p
cussit duos leones moab
i principes quos paralippomenon dicit
ariel Ipse qui interfecit virum
egyptium i mutatoem egyp
cii blasphemantes deum que
interfecit moyses hunc dicunt
hebrei fuisse semen que pt
interfecit sub salomone Alium
quoque virum egyptium interfecit dignum
et in die octauo. Vl p duos se
ptenarios dimisit rex pplm
Vel dedicatio continuis septe
diebus facta e. z pg septe de
cima die inchoata e sceno
phegia et firmata e in uite
sima tercia et i octaua sceno
phegie pg collecta dimisit
pplm. Et apparuit dns sedo
salomoni p sompnia dicens
Exaudiui orom tua. Sanctifi
caui domu hanc et erunt
ocli mei cunctis diebus sup ea
et sup te z sup pplm isrl
si custodieritis madata que

apposui vobis. Alioquin auferam
vos de terra quam dedi vobis
et templum sanctificatum a conspectu meo
et erit exemplum vestre fabule
narrationum. De domo saltus

de domo saltus

Factum est autem post fabricam
templi cepit Salomon
construere edificium regalium
domorum quod xiii annis vix
implevit. Non enim circa eas
adeo fervens erat studium sicut
circa templum sed nec adeas
opulentia fuerat ei preparata a
patre. Fecit autem tres domos. Do
mum sibi et domum uxori sue
filie pharaonis et domum sal
tus. De domo regis. Hoc solum
dicitur in libro regum domum suam
edificavit Salomon xiii annis
et ad perfectum usque perduxit et
paulo post porticum et solii
in qua tribunal est fecit
et vocavit porticum ipsam
domum in qua erat et solium
et tribunal. Est autem solium re
gis tribunal iudicis et erat
in eadem domo aula in qua sede
bat ad iudicandum vel in qua
cum assessoribus tractabat de summa
re. De huius domus compositione tacet
liber regum forte quia eadem
erat que et in domo saltus
quam plenius describit. De do
mo regine. Dicitur in regum quod ea
tali opere fecit quali et domum
regiam. Porro domus saltus
duplex erat et quasi duplicata
pars inferior erat lapidea
et dicebatur nechota vel pigme
taria in qua reponebantur
aromata et pigmenta usui
templi et domus regie ut
combustio tele et muri dum
ingereret quam recentia. Su
perior pars lignea domus
erat de lignis libani facta

unde et dicta est domus saltus
vel domus libani vel domus
saltus libani. Ieronimus tamen putat
eam ob hoc sic vocatam quod circa
quamque consita erat arboribus
et viridariis mire recreationis
instar densitatis saltus libani.
In ea reponebantur arma ut
beneficio ligni rubiginem non
sentirent. Nec solum arma ad
pugnandum sed etiam ad decorem
et ad ostensionem regii fastus.
Fecit enim ibi Salomon cc scu
ta oblonga scilicet de cc sicli erant
in uno quoque scuto. In paralipomenon ad
ditur de totidem lanceis aureis.
Fecit et ccc peltas aureas
quarum quedam rotunde erant
alie ad instar semicirculi fa
cte. His utebantur custodes
regis ante hostium excubantes
vel cum ipse egrediebatur. Prece
debant enim equitantes resplenden
tes quorum arma iuvenes
flavi et usque in equorum sessione
diffundentes cesariem comis
suis adicientes aurum tenuissime
ut eorum capita sole percussa
radiarent. Hos sequebatur ipse
vectus in curru. Et ad locum quendam
solitus erat ipse ire qui ab Ie
rosolimis abest duobus fu
niculis et dicebatur ortus Edem
id est deliciarum. Porro pars illa
superior que dicebatur domus
saltus habebat longitudine c cu
bitorum et in latitudine l et in
altitudine xxx cum tamen
tota vestiebatur tabulis ce
drinis. Sustentabatur vero tribus
ordinibus columpnarum. Unusquisque
ordo habebat columpnas xv
e regione se respicientes et
pari modo a se distantes et ita
inter muros et tres ordines
columpnarum erant quatuor

de ambulatoria. Posterioribus autem domus fecit porticum columpnarum l cubitorum longitudinis et xxx latitudinis. De ex opposito inferioris partis domus lapidee iacet liber regum. Forte compositionis erat eius et superior.

De basilica et domo regia

Ex regione stabat quarta et domus regia quinde nit latente vicario eiusdem longitudinis latitudinis et altitudinis et similiter intus columpnata. Vestibulum simplex erat et unius mansionis. Cuius vero eius altitudo quatuor habebat distinctiones quarum tres diversis variabantur coloribus. Quarta vero superior celatura erat ornata. Erant ibi arbores sculpte diversi generis ramis et foliis et pomis obumbrate ita ut propter miraculum subtilitatis agitari quidam putarent. In medio totius amplitudinis erat domuncula habens latitudinem xxx cubitorum et in ea erat solidum validis columpnis contensum. In quo sedens rex iudicia proferebat. In posteriori fronte domus laquearia et parietes vestiti erant auro. Ubi fecit rex thronum de ebore grandem et vestivit eum auro cuius ascensus scalis erat per sex gradus et de marmore porphirio factus. xii leunculi stabant super quosque gradus hinc et inde. Reclinatorium throni posterior rotunda erat. Super sedens vitulum respiciebat et due manus hinc atque inde tenebant eum et duo leones stabant iuxta manus singulas. Nec fuit tale opus in universis regnis. Confecit et ita domum reliquam habitaculum nisi per gradus contemplationis residebat et strata omnia marmore et tabulis cedrinis. Confecit domum regine in latere descendente marmore cedro auro et argento opulentissime decoratam. Confecit et utensilia utriusque domus preciosa nec non et vasa quecumque sunt epulis oportuna omnia aurea fecit. Perfecit itaque Salomon xx annis templum et domos regias cum omni suppellectili sua, Hiram rege Tyri prebente auxilium in lignis et auro.

De opidis datis Hiram

Tunc dedit Salomon Hiram xx opida in terra Galilee in sorte Neptalim maritima sed non placuerunt regi tyrio licet a Tyro non procul essent posita. Et appellavit ea terram Cabul quod lingua semitica sonat displicens. Et testimonium terra illa notata est Galilea gentium non quod ibi gentes habitaverint sed quia in dicione regis gentilis erat. Refert Josephus Menandrum phenicem historiographum scripsisse quod Salomon et Hiram mutuo sibi proponebant enigmata et figuras. Et qui non solveret certa daret alteri pensionem. Cumque artaretur Hyram in solutione consulebat Tyrum iuvenem Abdimonem Abdemonis filium qui omnia de facili complanabat.

De opibus Salomonis

Porro contulit animum Salomon ad munitiones tunc construendas quas miro robore ampliavit. Vias quoque regias que ad Ierosolimam ducunt nigro lapide stravit. In pluribus vero locis ruinas civitatum reparavit. Sed et

De basilica domo regia

de opidis datis yram

de opibus salomonis

novas civitates pro oportuni
tate locorum fundavit quasdam
contra hiemis intemperiem
quasdam ad usus camine e
stivi quasdam contra veneris et au
cupium mutabilitate. Inter quas
vero terre edificatur urbes thabor
naculorum immo ultra fines
terre promissionis plurimas
urbes occupatas soceri suo pha
raone rege egipti prebente
ei auxilium. Et iam ut ait Jo
sephus ultimus regum egipti
dictus est pharao quod interpretatur
regnans. Et iam cum contraheret
opera salomonis precipue co
mendabat domum saltus et sa
crificia et frequentia levitarum
circa ea. Porro de filiis israel nullum
fecit salomon servum sed erant
viri bellatores et ministri eius
ex quibus erant super omnia opera
salomonis prepositi .ccl. chana
neos autem de monte libani us
que ad civitatem amathi fecit
sibi servos et tributarios. Classem
quoque fecit rex salomon in in
sula quadam egipciaca ru
bri maris que dicitur asionga
ber et navigabat cum servis
salomonis viri nautici cum
de tyro que tunc insula erat
et defferebant de offir aurum
multum et invenientes in india
et sicilia post elapsum trien
nium referebant salomoni aurum
.cccc.xx. talentorum et argen
tum et dentes elephantorum
et simias et pavos et gem
mas et ligna thyma multa
nimis que erant similia
lignis sethim et odorifera
de quibus rex fecit fulcra
id est apothecas et sedilia
domus domini et domus regie

et cytharas et liras cantoribus.
Nam cynara et nabla ex ele
ctro constituit. Quia nullius precii
erat argentum in diebus eius.
Nam sedilia preciosioribus domorum
plurima in illis erant argentea
sed et ligna cedrina quia
ligna sicomori habundabat
in ea. de regina saba. c. cc.

Auditorum incredibile fa
mam opinionis regina
saba venit temptare eum in
enigmatibus et ingressa est illum
cum comitatu multo et divi
ciis inestimabilibus. Est autem
sabba quidem nomen regionis
sed hic est nomen civitatis
regalis ethiopie. Quidam nominis
significationes apud hebreos
distinguuntur. Papias hiramum
sui et samech. Herodotus dicit
post mineum qui memphim
condidit fuisse reges egipti
dictos pharaones quod sonat
regnantes quibus successit
in chaula regina egipti et
ethiopie qua putat Josephus
venisse ad salomonem. Que in
gressa ad salomonem locuta
est universa que habebat in corde
suo nec fuit sermo qui regem
lateret sed docuit eam in omnibus
his que proposuerat et admi
rans non habebat ultra spiritum
dicens fama regis minorem
esse veritate. Veniens ea preterea
admirabatur domum saltus
etiam super templi fabricam
ordinem et frequentiam administra
tium in templo. Tercio vero ordinem
et distinctionem servientium
regi in mensa. Nam et pincer
ne simili cultu et distincto
ab aliis honorabantur. Similiter

et parui latores z dapiferi
ut i tanta multitudine ministrorum
nullus dubitaret quis cuiusque
rei misterio fungeretur. Dedit
autem regi inmicta .c.xx. tale
ta auri et gemmas preciosas
et aromata multa et qualia
non fuerunt visa i ierusalem. Et
tradit iosephus eam dedisse ra
dice balsami unde propaga
te sunt in enggadi vinee
balsamite. Cui et salomo
multa redonavit in super et
fuit quod postulavit non prohibet.
Verum regina gratis suscipi
ens a quo regina autem. Tra
dunt quidam eam rescripsisse salo
moni quod presentaliter ei di
ceret timuit se vidisse quoddam
lignum i domo saltus in quo
suspendendus quidam erat pro
cuius morte regnum iudeorum
periret et istis indiciis medi
tavit illud regi. Cum timens
salomo i profundissimis
terre visceribus occultavit
illud. Sed quo circa tempus
christi i probatica piscina sup
enatavit inventum e z creditur
lignum fuisse crucis domini.

Procedente
vero tempore amavit
rex salomo mulieres alienigenas
contra legem et posuit ma
culam in gloria sua et scisma
i genere suo. Siquidem et vxores
quasi regine septigente sere
pissime tamen dicit lxx et concubine
trecente. Cumque adverterit cor
eius cum senex esset z secutus
est deos alienos ne delicias
suas contristaret et edificavit
in monte oliveti ierusalem contra fa
na idolorum. Unum astarthe
dee sydoniorum que unius dicitur
secundum chamos idolo mo

De adversariis salomonis et de morte eius

abitarum tertium moloch idolo
amonitarum. Cuius prophanum sta
tuit in monte oliveti e regione
templi quod plurimum deo dis
plicuit. Unde z postea locus ille
dictus e locus offensionis. Ve
nit ergo ad eum postea missus
a deo nathan ut aliqui dicunt
hec dicit dominus. Quia sacrificasti pa
ctum meum scindam regnum tuum
et dabo illud servo tuo non
tamen totum sed tribum unam propter
tribum iuda. Dabo filio tuo propter
servum meum david propter que
tamen non faciam hoc in diebus
tuis. Porro cum devenisset salomon
in summa pace ita sine vite
suscitavit ei dominus adversarium
adath ydumeum de semine
regio qui i tempestate illa
quando deseruit ioab i ydume
os puer fugit in egiptum.
Cui postea rex egipti dedit
vxorem sororem vxoris sue
que peperit ei filium genebath.
Cumque audisset adath david
et ioab mortuos esse et sa
lomonem infatuatum egressus
de egipto infestabat ysrahel.
Suscitavitque ei dominus alium
adversarium zaron principe
latronum in damasco. Ierobo[am]
quoque filius nabath effrateus
de sareda serviens salomoni
levavit manum suam contra
regem hoc modo. Salomon
edificavit mello muros
arduite voraginibus contollens
ut coequaret eos civitati david.
Videns quoque salomo ierobo[am]
bone indolis z industrium
statuit eum prefectum operis
et deinde constituit eum
super vestigalia universe domus
ioseph. Quadam die cum egre
deretur ierobo[am] de ierusalem in

venit i viā achias aphites
salomites opertus pallio no
uo qd scidit i xii partes et
ait ad ieroboa Tolle tibi x
scissuras hec enim dt dominus
dabo tibi x tribus et ex reg
no israel filio aut salomonis
dabo vnā ut remaneat lu
cerna dauid coram me i ierusalem
quā elegi ut nomē meum
esset ibi Quo audito iero
boā intumescens suadebat
populo ut recederet a salomone
Quam ob rem salomon uoluit eum
interficere Et ieroboa fugit
i egiptum ad susac regē egipti
usque ad mortē salomonis
Reliquum uerborum salomonis et
omnia que fecit scripta sunt in
libro uerborum vel i libro dierum
salomonis Quem librum quidam
estimant esse paralipomenon sed
quia nec in eo scripta sunt reliqua
opera salomonis verius putatur
esse hunc librum non superesse
Dormiuit ergo salomon cum pri
bus suis et sepultus est i ciui
tate dauid cum regnasset
in ierusalem super omnem israhel
xl annis Quia autem qua roe
dicatur salomon senex fuisse
cum modicum ultra l annos
vixisse legitur Roboa enim
mortuo patre xl et vnius
anni erat quem salomon cum xi
esset annorum genuisse perhibetur
plenius ergo super hunc locum
dicit iosephus ita mortuus
est salomon longeuus qui
regnauit annis lxxx vixit
autem lxxxx iiij Sed diuina scrip
tura eos tantum annos computat
quibus regnauit antequam preuari
caretur De ierobo[a]m et di
uisione regni et cetera

d' ierobo[a]d & diuisione regni

Post mortē salomonis
successit roboa et erat
filius naama amanitis Por
ro ieroboa audita morte
salomonis reuersus est de egip
to et uenit in sichem ad ro
boa cum omni multitudine israel
que uocaueat eum Cumque
uellent roboa constitueri re
gem dixerunt ad eum Immi
nue paululum de grauis
iugo quod imposuit nobis
pater tuus et seruiemus tibi
Iter est intelligendum de iugo
tributi sed uectigalium i opere
sed Qui respondit Ite et redite
ad me i die tercia Interim co
suluit senes sadoch scilicet et ba
naiam et ioiada et reliquos
principes salomonis qui di
xerunt Si hodie eos audieris
leuius eis loqueris seruient
tibi in eternum Post hec consuluit
adolescentes non etate tantum sed
moribus Qui dixerunt Impi
ose loquere populo et comminando
et timentes fuerunt tibi Et
redeunte populo in tercia die
dixit ad eos digitus meus
minimus grossior est humero
patris mei pater meus cecidit
uos flagellis ego cedam uos
scorpionibus qui dicat Ego sum
potentior patre et maiora fa
ciam super uos Est autem scorpio
virgis aculeatis vel flagellum
ligaturis nodosum ul sauciata
genus i similitate glandes
plumbeas et indignantes populus
ait Que nobis pars i dauid
ul que hereditas in filio ysai
quasi dicat Queque tribus portionem
sua hereditariam habet a domino
que imitatus est ut communi
eligatur qui regat alias quorum
tribus regat hereditate sua

Et recesserunt x tribus ab eo.
Ipse vero misit post eos Aduram
qui erat super tributa et lapida-
verunt eum. Tunc timens Ro-
boam fugit in Ierusalem. Decem vero
tribus constituerunt Ieroboam
super se. Iudas vero et Benia-
min secuti sunt Roboam et
fuerunt cum eis levite propter
templum quod erat in Ierusalem.
Et tunc separata est monar-
chia regni Iudeorum in duo
regna nec amplius rediit
ad unitatem et dictum est reg-
num decem tribuum regnum
Israel quia multitudine sui no-
men Iacob patris sui sibi re-
servans. Dictum est etiam
Effraym quia Ieroboam
qui de Effraym primus eis
imperavit quasi tunc primum
impleta esset benedictio super
Effraym. Alterum vero regnum
dictum est Iuda ob dignitatem
tribus regie. De utroque regno
prosequitur historia quasi
mixtim et scalariter incipiens
nunc de hiis loquitur nunc de
illis. Quod diligens lector
de facili comprehendet. De Robo-
am.

Ieroboam / Abdo et vitulis

Porro Roboam // cum
collegit, **De Ieroboam et**
git ex **Abdo et vitulis**
citum centum lxxx elec-
torum ut pugnaret contra
Israel et misit ad eum dominus
Semeiam prophetam dicentem
Hec dicit dominus Non pugna-
bitis contra fratres vestros a
me enim factum est verbum
hoc. Quod de scismate reg-
norum intelligendum est. Et
quieverunt a prelio. Iero-
boam autem dixit in corde
suo Si ascenderit populus iste
in Ierusalem ter in anno conver-
tetur cor eius ad dominum suum
Roboam et interficient me.
Tunc excogitato consilio
fecit duos vitulos aureos
quos Iosephus vocat vitu-
las et constituit utrumque in pha-
num alteram in Dan alteram
in Bethel et dixit ad populum
Ecce dii tui Israel qui eduxe-
runt te de terra Egypti quasi di-
cat Omnis locus habet deum
Non habetis necesse ut ascen-
datis ad hostilem civitatem
ut inquinatis decimis. Affero
vobis vitulos equiparatos deo
ut in eis adoretis dominum. Et
constituam ex vobis sacerdo-
tes et ministros ne levitis
egeatis. Et ut imitaretur
scenophegia constituit eis
diem sollempnem in men-
se octavo xv die mensis
forte transtulit festum de
mense septimo in octavum
vel lunatio septembris de-
scenderat in octobrem. Tunc
ascendit cum populo in Bethel
ad diem festum. Dominus autem
misit prophetam de Iuda in
Bethel qui in paralipomenon
nominatur Addo. Hic a quibus-
dam creditur fuisse Chaldeus.
Et in rege stante super altare
ad immolandum exclamavit
Altare altare hec dicit dominus
Nascetur filius domui David Io-
sias nomine qui comburet
super te ossa sacerdotum tuorum
eruta de tumulis suis. Et
ad populum ait Dabo vobis signum
quod locutus est in me do-
minus. Ecce altare scindetur
et effundetur oblatio que
est in eo. Tunc rex extendit
manum suam precipiens eum
apprehendi et statim manus
eius aruit cum brachio. Al-
tare autem scissum est et effu-
sa sunt omnia que in eo erant.

Et timens rex ait ad pro-
phetam Ora pro me ut
restituatur manus mea m(ihi)
Quo orante reversa est ma-
nus regis ad eum. Cumque dixi-
sset ei rex. Veni ut prande-
as mecum et dabo tibi mu-
nera. Respondit non possum. Ec
enim precepit michi dominus.
Non comedes panem neque bi-
bes aquam. neque revertaris
per viam qua venisti. Egre-
ssus itaque inde bethel rever-
tebatur in [illegible] per aliam vi-
am. Erat autem in bethel propheta
quidam senex et iacens in
lecto. Cui cum indicassent
filii sui qui viderant vel au-
dierant dixit eis. Sternite
michi asinum. Et ascendens
abiit post virum dei et ait ad
eum. Veni mecum ut come-
des. Qui respondit non possum
quia prohibuit dominus. At ille
propheta sum sicut et tu. et dixit
michi dominus Reduc eum te-
cum ut comedat. Et ita se-
duxit eum et reduxit. Cum-
que sederent ad mensam fac-
tus est sermo domini ad prophetam
qui reduxerat eum et ait
in spiritu Quia non custodisti
mandatum domini non infe-
retur cadaver tuum in sepul-
crum patrum tuorum. Et nota quod
per iniustum iuste locutus est
spiritus sanctus ut ex eodem
ore propheta penam acciperet qui
et culpam acceperat. Cumque
rediret vir dei post prandium
occidit eum leo in via. asi-
nus autem stabat iuxta eum
et leo custodiens cadaver
nec asinum tangens nec
illud. Quod cum audisset
ille senex propheta retulit ca-
daver eius et posuit illud in
sepulcro suo dicens filiis su-
is. Cum mortuus fuero po-

nite ossa mea iuxta ossa eius
ut parcatur ossibus meis. pro-
culdubio fiet verbum domini de cre-
macione ossium super altare.
Ieroboam autem non est rever-
sus a via sua pessima. Nam
senex ille propheta persuadebat
ei non fuisse verum prophetam
quem dominus occiderat. et dex-
teram eius primus pro labore
satisficandi obstupuisse.
et eum regi [illegible] ad na-
turam propriam remeasse
altare vero propter [illegible]
ruptum fuisse aiebat. De
morte Ierobo-
am et cetera
In diebus illis egrotavit abia filius ierobo-
am et ait rex uxori sue
Commuta habitum ne cogno-
scaris uxor mea et vade in
sylo ad achiam prophetam qui
michi locutus est quondam de
regno. Ipse indicabit tibi quid
eventurum sit super puero.
Et ascendit mulier ad achiam.
Qui videre non poterat pre senec-
tute sed premunitus a domino
ait. Ingredere uxor ieroboam
quare te aliam simulas.
Vade et dic ieroboam hec
dicit dominus Exaltavi te de me-
dio populi tui at provocasti me
post tergum tuum. et fecisti tibi
deos conflatiles et ego percuti-
am de domo ieroboam min-
gentem ad parietem et clau-
sum id est incarceratum
et novissimum in israel id
est delebo de domo eius ca-
nem vilissima que per sui
vilitatem negligenda pu-
tant et dabo cadavera eorum
canibus et feris. Tu autem re-
verte. In introitu tuo morie-
tur puer qui solus de

De morte Ieroboam

domus ieroboam inferetur in sepulcrum. Et rediit uxor in thersa et mortuus est puer et sepelierunt eum. Reliqua vero ieroboam scripta sunt in libro verborum dierum regum israel. Et mortuus est ieroboam cum regnasset xx duobus annis.

De morte Roboam

Porro roboam regnavit in iuda. xl. et unius anni erat cum regnare cepisset et xvii. annis regnavit in ierusalem. Et iudas peccavit coram domino et fecit sibi aras statuas et lucos super excelsa. Et effeminati fuerunt in terra id est cultores cybeles emulati naturam ut ac sicut legitur de ierophanta. Offensus quod dominus suscitavit contra iudam susac regem egypti anno quinto regni roboam. Qui ingrediens urbem pactis pretendentibus federa non servavit sed diripuit thesauros domus domini et domus regie scuta quoque aurea que fecerat salomon pro quibus fecit rex roboam scuta erea. Habuit autem roboam uxores xviii. concubinas vero xxx. et nati sunt ei filii xx et viii. filie vero lx. Reliqua vero roboam scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda. Opera vero eius prima et novissima scripsit semeias propheta. Et mortuus est roboam et sepultus in civitate david et regnavit pro eo filius abia.

Incidentia

Temporibus roboam latinorum unus rex fuit silvius latinus sive silvius egiptus. Refert herodotus susac regem egypti multas gentes sibi subiugasse et quasdam sine prelio cepisse. In subsannationem quarum in statuis carmen quod triumphanti preferebant genitalia mulierum insculpsit. Refert quoque ethiopes et fenices ab egyptiis didicisse circumcisionem.

De abia

Igitur in octavo decimo anno regni ieroboam regnavit abia super iuda tribus annis regnavit in ierusalem. Nomen matris eius maacha filia thamar filie absolonis et ambulavit in omnibus peccatis patris sui. Et factum est prelium inter ieroboam et abiam in loco qui vocatur mons amorreorum et habuit abia contra spem victoriam inestimabilem. Et mortuus est abia et sepelierunt eum in civitate david. et regnavit asa filius eius pro eo. In anno xx. ieroboam regnavit asa super iudam et xl. et uno anno regnavit in ierusalem nomen matris eius id est avie maacha. Et nota quod roboam et ieroboam dicuntur conregnasse x. et vii. annis et postea abia conregnavit ieroboam tribus annis et sic impleti sunt xx. anni regni ieroboam. Non ergo in xx°. anno ieroboam cepit regnare aza ut dictum est sed potius in xx°. primo quod supra docte dictum est. Dicitur enim abia regnasse tribus annis eo quod regnavit duobus annis et parte quadam tercii et in ultima parte tercii eiusdem anni cepit regnare filius aza id est

De aza et regibus israhel nadab

in xx°. anno regni ierob
oam huius di contrarietates
sepe oriuntur in sequentibus
quarum quedam determinan
tur per synodochen uel quia
conregnaverunt quique filii pa
tribus uel pro diversis que vero
determinari non possunt vicio
scriptorum ascribantur. De A

Igitur Aza et regibus
Aza fecit israhel nadab
aut rectum coram domino
sicut david pater eius et
abstulit effeminatos de
terra et sordes ydolorum et ma
achan matrem suam am
movit ne esset princeps in
sacrificiis priapi et subuer
tit specum eius et simula
chrum turpe combussit et
proiecit in torrentem ce
dron. Aiunt hebrei aza
comminuisse ydolum in pul
verem et etiam sparsisse in
torrente cedron tercio ut pa
lam fieret quod aqua usibus
presset adomnio. Excelsa tamen
non abstulit. Porro nadab
filius ierobeam regnavit
super israel anno secundo aza
regis iuda. Hic patet quod
ierobeam in principio vi
cesimi secundi anni regni sui
mortuus est. Hic enim annus
fuit secundus regni aza et reg
navit super israhel duobus
annis id est anno uno et
aliqua parte alterius anni
Nam pars anni vocatur annus
per synodochen sicut in evan
gelio dicitur christus predicasse tribus an
nis et dimidio ubi pars di
midii anni vocatur dimidium
anni. Sepe etiam etiam fit
econtra ut tota summa tem
poris nomine partis sue vocetur
per synodochen ut ibi Noe
cum ducentorum esset annorum
genuit sem. cum tamen esset
noe quingentorum duorum
annorum. Hec divisio synodo
chen plurimi sequitur in
sequentibus. Sed hec dicta suffi
ciant. Nadab vero ambulavit
in viis patris sui in quibus pec
care fecit israel. Cumque obsi
deret gebbethon urbem phi
listinorum insidiatus est ei ba
asa et occidit eum et regnavit
pro eo anno tercio regis iuda
et percussit totam domum ie
roboam non ubi atque si
lentibus. Et regnavit inter ce
sa xx quatuor annis non
tamen completis. Et erat
bellum inter aza et baaza
omnibus diebus eorum. Porro
aza x° anno regni sui per
cussit azariam regem ethi
opie plaga grandi qui ir
ruerat in terram iuda. Et re
deunti aza a victoria oc
currit azarias propheta dicens
victoriam a deo sibi conces
sam quia legitima eius ser
vabat. Tunc scripsit aza ad
omnem provinciam ut dei
legittima servarent diligenter.
Baasa vero rex israel peccavit
coram domino ambulans in viis
ierobeam et aliorum. Et ve
nit ad eum iesu propheta filius
anani dicens. Hec dicit dominus
domini. Exaltavi te de pul
vere. tu autem ambulasti in viis
ierobeam. et in multis feci
sti peccare populum meum. et ec
ce metam posteriora tua.
et faciam domum tuam sicut
domum ierobeam. Ab hiis tamen
non quievit baasa sed a
scendit in iudam et edifi
cavit rama. xl. stadiis a ie
rusalem. Cumque vidisset

aza rex iuda se artatum
tollens aurum et argentum
de domo domini et domo regi-
a misit illud illuc per nuncios
ad benadab regem syrie in
damasco dicens fedus fu-
it inter patrem meum et tuum
inter me et te peto ut irri-
tum facias fedus quod habes cum
baasa ut recedat a me
Et adquiescens benadab
misit principes in civitates
israel Quod audiens baasa nun-
cii misit edificare ramam et re-
versus est in thersa Rex autem
aza misit in omnem iudam di-
cens Nemo sit excusatus
Et tulerunt lapides et li-
gna de rama et munivit
de eis rex aza gabaa et
masphat Et venit ad eum
iesu propheta velut quidam vo-
lunt alii amos pater iesu argu-
ens eum quod relicto domino
posuerat spem in regem
syrie Et misit eum rex in
carcerem propter quod in tempore
senectutis sue doluit pe-
des et mortuus est et se-
pultus in civitate david et
regnavit iosaphat filius eius
pro eo Incidentia primo
Sub aza fuit octavus
rex latinorum filius capis
Tiberinus tamen adhuc
ex bimente descendit sed
quosdam iesu propheta ad ba-
aza regem israel arguens
et occidit eum Mortuus er-
go baasa et sepultus in ther-
sa acervone commilitone
suo et regnavit pro eo in ther-
sa filius eius hela anno
xxvi° aza regis iuda et
regnavit super israel duobus
annis id est anno et parte

anni Cui dum inebriaretur in
domo arsa prefecti sui percus-
sit eum per insilientem zam-
ri princeps super dimidiam
partem equitum percussit et
occidit domum baasa iuxta
verbum iesu prophete De zam-
Anno xxvii ri et am- de zamri et amri
aza regis ri regibus
iuda regnavit zamri in
thersa vii diebus Porro po-
pulus israel obsidebat iebeton
Qui cum audisset zamri
occidisse regem constituit
super regem amri qui erat
princeps milicie in castris an-
no xxvii° aza Ascendit
ergo amri et omnis israel cum
eo et obsidebat thersam Vi-
dens autem zamri fugit in
domum regiam et succendit
se cum ea Tunc divisus est
populus israel media pars seque-
batur tebni et media pars
amri et duravit hec contencio
tribus annis et plus Tamen
amri qui regnabat et prava-
luit amri et interfectus est
tebni Anno xxxi° primo asa
regis iuda regnavit super
israel solemne amri xii annis
regnavit Prima electione
in thersa regnavit vi an-
nis et emit emit a somer
duobus talentis argenti mon-
tis partem in quo erat civi-
tas marronis et reparavit
eam et imposuit ei nomen
somaron quasi a somer et
marron quod grece dicitur sa-
maria et in ea posuit sedem
regni que prius fuerat in
thersa Et fecit amri ma-
lum coram domino super omnes
qui fuerant ante eum et
mortuus est et sepultus in
samaria et regnavit achab

de achab et iezabel

fisus enim [illegible] anno xxo vmo. aza regis iuda, forte patet vicium scriptoris. Regnauit autem amri post achab .xij. annis ut dictum est et cepit regnare anno xxxo regis aza qui regnauit xl et vno anno. Et ita aza mortuus est adhuc amri viuente. Verum est autem quod dicit iosephus quod iam regnante iosaphat filio aza cepit regnare achab, tamen determinacionem que hic solet fieri in fine regnum ponemus.

De Achab et Jezabel

Regnauit achab super israel xx et duobus annis, tamen iosephus dicit xx annis et duobus mensibus. Nec suffecit achab ut ambularet in viis ieroboam quin et duxit ydola gencium in israel et duxit in vxorem iezebel filiam methbabal regis sydoniorum et edificauit in samaria phanum et altare baal et adorauit eum. In diebus eius reedificauit hyel de bethel iericho. Cum ponens fundamentum eius mortuus est abiram primogenitus eius filius. Cumque muri vero portas mortuus est segub nouissimus filius eius iuxta imprecacionem iosue. Tunc misit dominus heliam tesbythen de habitatoribus galaad ad achab. Qui ait ad regem: viuit dominus deus israel in conspectu suo si erit annis hiis ros et pluuia nisi iuxta oris mei verba. Hyperbolice est ut ponit si [illegible] non. Et querebat achab animam helie. Qui fugit contempto domum et latuit in torrente carith qui est contra iordanem. Corui autem deferebant ei panem et carnes mane et vespere et bibebat de torrente. Post dies autem siccatus est torrens, non enim pluerat super terram. Et ait dominus ad helyam: Vade in sarepta sydoniorum, precepi enim ibi mulieri vidue ut pascat te. Et erat sarepta urbis media inter tyrum et sydonem, sed et silua iuxta urbem sarepta dicebatur. Cumque venisset helyas ad portam ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Cumque quesisset ab ea vasculum aque addidit ut eciam afferat ei buccellam panis. Que respondit se non habere nisi pugillum farine in ydria et paululum olei quo aspergeret eam et pane facturum comederet cum filio suo sed in deficiente tabescerent. Ad quam helias ait: Noli timere, fac in primum subcinericium panem tibi et filio tuo facies postea. Hec enim dicit dominus: ydria farine non deficiet nec lecithus olei minuetur donec pluat super terram. Mansitque helyas apud viduam tempore aliquo. Post hec mortuus est filius mulieris. Que dixit ad helyam: Cur ingressus es ad me vir dei ut rememorarentur iniquitates, id est magis apparerent ex contrario equitatis tue, et ut interficeretur filius meus. Et posuit helyas puerum

super lectulum suum in cenaculo
superiori et expandit se super
eum tribus vicibus et portavit eum
ad domum et revixit puer et ma-
trem recipiens mulier ait
Nunc cognovi quia vir dei
es tu. Hebrei tradunt hunc pu-
erum fuisse ionam prophetam
dixit

10 cap° **De sacerdotibus quos interfecit helias**

Post tempus ariditatis et famis
dixit dominus ad heliam vade
et ostende te achab ut dem
pluviam super terram. Erat autem
fames vehemens in sama-
ria cuius etiam meminit
menander in gestis sydo-
niorum. Et vocavit achab pro-
curatorem domus sue abdi-
am. Cum enim interficeret iezabel
prophetas abscondit C prophetas
in duabus speluncis quinqua-
genos id est L in una et L
in alia et pavit eos pane
et aqua quapropter ei postea spiritus
prophetie donatus est. Ad quem
dixit achab descendamus
ad convalles et queramus pa-
bula mulis et equis. Et di-
viserunt sibi regiones. Occur-
rit autem helias abdie in via
dicens vade dic domino tuo
adest helias. Et ille quid
peccavi quia tradis me achab
adest helias spiritus domini as-
portabit te in locum quem ig-
noro et non inveniens te
achab interficiet me. Ego
autem servus tuus timeo dominum ab
infantia mea. Et respondit
helias. Vivit dominus quia
hodie apparebo achab. Et vo-
catus achab per abdiam occurrit
helie et ait. Tu ne es ille
qui conturbas israel. Cui ille:
Non ego turbavi sed tu
et domus patris tui qui
relinquistis dominum et secuti es-
tis baal. Verumtamen con-
grega ad me omnem israel
in monte carmeli et prophe-
tas baal CCCCL et prophetas lu-
corum CCCC qui comedunt de
mensa iezabel. Et congre-
gati sunt populus et prophete in
monte carmeli. Et ait he-
lyas ad populum. Usquequo clau-
dicatis in duas partes. Si
dominus pater vester est deus
sequimini eum. Si autem baal
sequimini eum. Non respondente
populo intulit helyas. Ego
sum hic solus propheta domini
et prophete multi baal. Dentur
nobis duo boves. Illi eligant
bovem unum cuius frustra
ponant super ligna igne non
supposito. Et ego faciam si-
militer de altero bove. Et in-
vocabunt deos suos et
ego deum meum. Et qui ex-
audierit dando ignem de
sublimi ipse sit deus. Et pla-
cuit populo propositio helye.
Invocantque sacerdotes baal a
mane usque ad meridiem
et transiliebant altare quod
fecerant et incidebant se iuxta
ritum suum lanceolis ut san-
guine perfunderentur. Demones
enim plurimum delectantur
oblatione sanguinis humani
et illudebat eis helyas dicens
Exaltate clamorem for-
te deus vester dormit aut cum
alio loquitur aut in diverso-
rio est. Et dixit ad populum
Accedite et presente populo cu-
ravit altare domini quod de-
structum fuerat id est destru-
xit altare illorum et immunda-
verat locum ut ibi faceret altare
novum coram domino. Et tulit
XII lapides iuxta numerum tribu-
um filiorum israel et edificavit
ex eis altare in nomine domini

israel et fecit aque ductum
in circuitu altaris quasi duo lo
ca et ligna super posuit et
membra bovis. precepit que
aquam afferri forte de mari
vicino et effudit super holo
caustum et ligna. Et fac
ta est tercia effusio aque
usque ad impletionem aque duc
tus est ne forte putaretur
arte magica de visceribus
terre suscitasse ignem. Et cla
mavit helyas ad dominum in
auribus populi domine deus pa
trum nostrorum exaudi me hodie
ut discat populus iste quia
tu es dominus deus. Et descen
dens ignis de sublimi vo
ravit holocaustum et lig
na et lapides in pulverem
et aquam que erat in aque
ductu lambens. Et adoravit
populus et ait. Dominus ipse est deus
Et mandante helya apprehen
derunt omnes prophetas baal
et deduxit ad torrentem
cyson et interfecit eos hely
as et ait ad achab. Ascen
de et comede ante descen
sum pluvie. Et comeden
te achab helyas ascendit
in montem carmeli. et pro
nus in terram capite incli
nato inter genua orabat
et ait ad puerum suum vide
contra mare. Et ascendit
nubes erat cum dies serenis
simus. Et ait puer. Non est quic
quam. Et misit eum septies.
Septima autem vice ascende
bat nebula de mari appares
scens usque ad hominis quanti
tatem. Et ait helyas ad a
chab descende cito ad ieza
bel ne te occupet pluvia
Et ecce obtenebrati sunt celi
et nubes et ventus et pluvia
facta est grandis. festinavit
autem achab in iezabel et fac
ta est manus domini super he

lyam et currebat ante achab
donec intraret urbem. Cum
cognovisset iezabel que fece
rat helyas prophetis suis in
dignata misit nuncios ad
helyam dicens. Hec faciant
michi dii et hec addant ni
si hac hora cras animam tuam
posuero sicut tu posuisti animam
unius ex illis. De fuga helye — de fuga helye et vocatione helisei
et vocatione
helisei etc.

Et timens
helyas fu
git in bersabee et dimi
sit puerum suum ionam. ibi
ut tradunt et solus intravit
in desertum viam unius diei
et sedens subter unam iunipe
rum oravit ut moreretur
dicens se non esse meliorem
id est digniorem vita patribus
ut illis perditis ipse vivere
optaret et proiciens se ob
dormivit. Et ecce angelus domini
tetigit eum dicens. Surge et
comede. Et ecce ad caput eius
subcinericius panis et vas
aque. Et comedit et bibit et
rursum obdormivit. Et su
scitavit eum angelus secundo dicens
Comede grandis enim restat
tibi via. Josephus tamen dicit
angelum non concitasse eum
sed aliquem. Et comedit
helyas et bibit et ambu
lavit in fortitudine cibi illius
xl. diebus et xl. noctibus usque
ad montem dei oreb in quo
apparuit dominus moysi in ru
bo. Et mansit ibi helyas
in spelunca et ait dominus ad
eum. Quid hic agis helyas
Qui respondit zelatus sum
adversus israel propter. Nam al
taria tua destruxerunt. prophe
tas occiderunt et relictus

ego sum solus et querunt
animam meam ut auferant eam. Et
ait dominus ad eum: Egredere et
transibit dominus ante te. Et ira quasi
in similitudinem transierunt tres in quibus
non transivit dominus. Primo quidem
transivit ventus fortis conterens
petras, sed non in vento dominus.
Secundo transivit commotio terre, sed non
in ea dominus. Tercio transivit
ignis, sed non in igne dominus.
Quarto transivit sibilus aure
tenuis, et cum eo dominus, et
operuit helyas vultum suum
pallio et stetit in ostio spel-
unce, et dominus transiens dixit
ad eum: Quid hic agis he-
lyas? Et respondit ei sicut et
supra. Et dominus ad eum: Rever-
tere per desertum et vade in Dama-
scum, et in ultionem mei in-
unges azael regem super sy-
riam, et iesu filium namsi re-
gem super israel, helyseum autem
filium saphat de abela un-
ges prophetam pro te. Et isti
tres interficient ydolatras
de israel. Alios azael, alios
iesu, alios helyseus. Et reliqui
michi in israel .vii. milia
virorum quorum genua non sunt
curvata ante baal, nec
osculate sunt manus eius.
Et nota quod helyas non aliquo
aliter unxit azael nisi quod
predixit quod helyseum enim regem
futurum. Iesu vero neque ipse nec
helyseus inunxit, sed u-
nus prophetarum missus ab helyseo.
Helyseum vero non unxit, nisi
quod pallium suum posuit super
eum. Non enim in lege un-
gebant nisi reges et sacerdo-
tes. Profectus ergo helias inve-
nit .xii. viros arantes in
.xii. iugis boum, quorum unus
erat helyseus, et posuit

helias pallium suum super eum,
et continuo prophetavit
helyseus, ut ait iosephus.
Et currens post heliam ait:
Osculer oro te patrem meum
et matrem meam et sequar
te. Et reversus mactavit
par boum et coxit illud in
lignis aratri et dedit escas
contribulibus et surgens
secutus est heliam et mini-
strabat ei. De prima obsidi-
one samarie

Porro benadab rex syrie ob-
sidebat samariam, et
erant secum .xxx. duo re-
ges. Et misit achab in sa-
mariam dicens: Cives ut
redimam a te quas hac ea-
dem hora mittam servos meos
et omne quod placuerit eis tol-
lent de domo tua et domi-
bus servorum tuorum, etiam uxo-
res et liberos. Et iniit ach-
ab consilium cum senioribus
terre. Dixerunt: Non acquies-
cas illi. Et rindidit achab
nunciis benadab: Dicite domi-
no: Omnia que misisti in
initio faciam, id est facere pos-
sim. Hanc autem rem facere
non possum, scilicet de uxoribus
et liberis. Et indignatus be-
nadab remisit ad eum dicens:
Hec faciant michi dii et hec
addant si suffecerit pul-
vis samarie pugillis om-
nis populi mei qui sequitur
me. Samaria habebat in-
terius terram pene muri
equalem et est sensus: Tan-
ta mecum est multitudo ut
si singuli lapidem unum vel
stipitem vel cespitem com-
portaverint tantum conferent
aggerem qui equabitur
muris samarie et terre

de prima obsidione samarie

intus posite. et ita ex certo pugnabimus nobiscum. Et rendit rex israel / Dicite ei Non glorietur accinctus armis et rebus est impendendo Noli ergo gloriari qui iam victor sis et discinctus armis depositis Quasi dicat Non potest gloriari sicut preliator sic victor vel secundum aliam litteram Non glorietur accinctus atque discinctus Quasi dicat An victoria non potest gloriari accinctus multitudine nec discinctus idest carens multitudine quia sepe pauci vincunt multos Porro benadab cum regibus suis bibebat in umbraculis et ait servis suis Circumdate civitatem Cumque expugnaret eam timuit achab nimis Et ecce unus propheta confortavit eum micheas ut quidam tradunt et ait Hec dicit dominus Ego tradam omnem multitudinem hanc in manu tua hodie ut scias quia ego sum dominus Et ait achab per quem Qui rendit per pedissequos principum provinciarum Et ait achab Quis ciet / dixit eos Qui rendit tu / et invenit achab filios principum cc et xxx duos et egressus est cum eis Cumque meridianum esset benadab ex egressi essent de samaria / misit in occursum eorum viros dicens Sive ad pacem sive ad prelium apprehendite eos vivos / Filii vero principum percusserunt eos unusquisque virum qui contra se veniebat et fugit exercitus syrorum Et egressus israel percussit equos et currus et syriam plaga magna. Cumque accessit propheta ad achab dicens Confortare et vade et vide quid facias Sequenti enim anno rex syrie ascendet contra te Quasi dicat necesse est tibi ut habeas exercitum preparatum Cumque dixerunt servi benadab ad eum dii montium sunt dii eorum et pugnavimus cum eis in montibus et ideo vicerunt nos Pugnemus ergo in campestribus ubi currus nichil possunt et obtinebimus eos Tu autem fac verbum hoc Amove ~~exercitu~~ ab exercitu reges quia inertes sunt pone pro eis principes et instaura numerum pugnatorum quos ante habuisti

Igitur **De victoria achab** post annum venit benadab cum exercitu in affec que est in campestribus Porro filii israel castrametati sunt contra eos quasi duo parvi greges caprarum / syri autem repleverunt terram Et dixit unus vir dei ad achab Quia dixerunt syri deus montium est dominus et non vallium tradam eos in manu tua Et direxerunt acies ex adverso vii diebus / vii autem die percussi sunt de syris centum milia peditum et reliqui fugierunt in affec et cecidit murus super eos qui remanserant Benadab autem fugiens in civitatem latuit in cubiculo quod erat intra cubiculum Erant cum eo timentes ne superveniret achab et nemo parceret et scientes reges israel clementes accinxerunt lumbos suos saccis et ponentes funiculos in capitibus venerunt in occursum achab

dicentes Servus tuus bena-
dab dicit Vivat oro te ani-
ma mea Quasi dicat Quan-
tumque multam imposueris
iusticiam eam pro anima mea
Qui inquit Si adhuc vi-
vit frater meus est id est fa-
ciam cum eo fedus Quod acci-
pientes viri pro omine eius
quod posuere festinanter addu-
xerunt benadab ad eum
et levavit eum achab secum
in currum suum et dixit ad
eum benadab Civitates quas
tulit pater meus a patre tuo
reddam tibi et faciam tibi
plateas in damasco id est
forum rerum venalium sicut
fecit pater meus in samaria
Cumque federati essent re-
dierunt ad propria Tunc mich-
eas dixit ad socium suum
in sermone domini percutte me At ille
noluit Cui ait Quia non
audisti vocem domini cum rece-
des a me percutiet te leo Quod
factum est Inveniensque al-
terum virum dixit ad eum Per-
cutte me in capite Qui vul-
neravit eum Tunc propheta
mutato vultu aspersione pul-
veris et sanguinis clamavit
ad regem in via Cum essem
in prelio adduxit vir unus
captivum suum ad me dicens
Custodi istum Qui si lapsus
fuerit erit anima tua pro anima eius
id est eris in periculo pro eo aut
talentum argenti michi
appendes Cum autem me verterem
huc atque illuc subito non com-
paruit Et ait rex Judicium
tuum est quod tu ipse decrevi-
sti alterum necesse est ut faciam
ei Tunc lota facie agnitus est
propheta a rege et ait Hec di-
cit dominus Quia dimisisti

virum blasphemum dignum
morte erit anima tua pro
anima eius id est ipse te in-
ficiet Et iratus rex propheta ius-
sit eum transire custodiri
et venit in samariam De vinea
P Ono naboth **de vinea** naboth
iezrahelites **naboth**
habebat vineam iuxta
palatium regis et dixit ad
eum rex Da michi vineam tu-
am ut faciam in ea ortum
holerum dabo que tibi pro ea
vineam meliorem vel pretium
Qui rendit propicius sit michi
dominus ne dem hereditatem
patrum meorum tibi Qui dicit
non possum hereditas relic-
ta est michi a patribus ut re-
linquam eam posteris Et con-
tristatus rex proiecit se ad
lectum et nolebat comedere
et confortavit eum iezabel
dicens Ego animo esto dabo
tibi vineam naboth Et scrip-
sit litteras scriptas ex nomine a-
chab et anullo eius signa-
tas et ad iudices ipsi iezabel
misit ut convenientium
fuerunt et ieiunarent ta-
mquam dei iudicium facturi et sub-
mitterent testes adversus
naboth qui dicerent Bene-
dixit naboth deum et regem
id est maledixit secundum
hebreorum ydioma et in-
dicantes reum maiestatis
lapidarent et factum est ita
Et lapidatus est naboth con-
niventie iezabel Cum ergo
audisset achab de morte
naboth descendebat in vine-
am ut possideret eam et
occurrit ei helias thesbites
dicens Hec dicit dominus Oc-
cidisti insuper et possedisti Et
hec est occidisti et post hec

hereditabis. In hoc loco in
quo linxerunt canes san-
guinem naboth. lambent
quoque tuum sanguinem id est
in eadem regione. Non enim
intelligendum est in eodem lo-
co singulari. Cum vidit
Helyam invenisti me inimicum
tibi id est quasi inimicarer
michi. Et ait Helyas Eo
quod venundatus sis diabolo
ut faceres malum coram do-
mino. Propterea dominus de-
metet posteriora tua et da-
bit domum tuam sicut domum
ieroboam et baasa. Sed et
de iezabel dominus dixit dominus
Canes comedent iezabel
in agro iezrahel. Achab
ergo timens valde scidit ve-
stem suam et operuit se ci-
licio et dormivit in sac-
co et ambulavit demisso ca-
pite. Et ait dominus ad Heli-
am. Quia humiliatus est
achab coram me non indu-
cam malum hoc in diebus
eius. sed in diebus filii sui. Forte
dimissum est ei peccatum propter
penitentiam iustitiam. Transierunt
igitur tres anni sine bello
inter syriam et israel propter fe-
dus quod inierant. De

de morte ach[ab]

Tercium autem morte
iosaphat rex Athab
accepit uxorem filio
suo ioram athaliam fi-
liam achab et iezabel et
per affinitatem confederati sunt
rex iuda et rex israel. Tunc de-
scendit iosaphat ad regem
israel videndum et eo presente di-
xit achab servis suis. Nosti
est ramoth que est in ga-
laad. Cur negligimus eam
tollere de manu regis syrie.
Et ait ad iosaphat. Venies

ne mecum ad preliandum in ra-
moth galaad. Cui ille dixit
sicut ego ita et tu populus meus
et populus tuus. Sed queramus
hodie sermonem domini. Et congrega-
ti sunt prophete circiter cccc quos-
que rex ait. Ibo in ramoth ga-
laad ad pugnandum an quie-
scam. Cui dixerunt ascen-
de et dominus dabit eam in
manu regis. Et ait iosaphat
Non est hic propheta domini. Cui
achab respondit. Unus mi-
cheas filius hyemla sed odi
eum quia non prophetat michi
bonum. Putabat reliquos oc-
cisos a iezabel. Tunc petente
iosaphat vocatus est mich-
eas et hortabatur eum nuncius
ut bona regi diceret sicut et
alii. Cui respondit. Vivit do-
minus quia quecumque dixerit
michi dominus hoc loquar. Por-
ro in pseudo prophetis erat se-
dechias proferens cornua
ferrea et dicens ad Achab
hec dicit dominus His ventila-
bis syriam donec deleas
eam id est hoc signum dabo
tibi quia ventilabis syriam.
Tunc quesivit achab a mi-
chea idipsum quod quesierat
ab aliis. Cui dixit ascende
et tradet eos dominus in ma-
nu regis. non tamen dixit
quos vel cuius regis. Cui rex
Adiuro te ut non loquaris
nisi quod verum est in nomine do-
mini. Tunc michcas. Vidi israel
dispersum quasi oves sine pas-
tore et ait michi dominus
Non habent isti dominum rever-
tantur. Et intelligens achab
quod predixerat ei se moriturum
dixit ad iosaphat. Videbis qu[ia]

non prophetat michi bonum. Tunc
addidit micheas Vidi dominum
sedentem et angelos assisten-
tes ei bonos a dextris ma-
los a sinistris et ait Quis de-
cipiet achab ut ascendat et
cadat in ramoth galaad. Hec
enim merebantur merita eius
Et dixit unus a sinistris Ego
spiritus mendax in ore prophetarum
eius Cui dominus decipies et
prevalebis. Tunc sedechias per-
cussit micheam in maxil-
lam et ait Me ne dimisit
spiritus domini et locutus est tibi
Cui micheas Visurus es quando
absconderis in cubiculo tanquam
deprehensus in mendacio
Et vidit sedechias regem
hesitantem et confortavit
eum secreto dicens Quia si es-
set propheta aruisset manus mea
sicut ieroboam. Et locu-
tus est contra heliam qui
predixit te mortuum ubi mor-
tuus est naboth. Tunc prece-
pit mancipari micheam us-
que ad reditum suum. De morte
achab et sepultura eius

de morte achab et sepultura eius

Ascen-
derunt
igitur duo reges cu-
operatu in ramoth galaad
et iosaphat erat in stola rega-
li. Cui achab defensus honore
erat in habitu militari ut ne
cognosceretur a syris.
Rex enim syrie preceperat prin-
cipibus belli ut reliquos non
curantes solum achab sag-
nem quererent et propterea im-
petu facto pugnabant con-
tra iosaphat. Qui cum conclama-
asset convocans suos intel-
lexerunt syrii non esse achab
et recesserunt ab eo. Unus autem
dirigens sagittam in incer-
tum percussit achab inter pul-
monem et stomachum et flu-
ebat sanguis in sinum id est
in interiora currus. Et propter
tenes revocatus est compertus a bel-
lo. Mortuus est autem achab
et delatus in samariam et se-
pultus ibi iuxta domum ebur-
neam quam edificaverat. Et dum
lavarent mulieres currum
et habenas in piscina sa-
marie linxerunt canes san-
guinem eius iuxta verbum helye
Et regnavit ochosias filius
eius pro eo. Porro iosaphat
redeunti occurrit hyeu filius
anani arguens eum quod im-
pio prebuisset auxilium. De Iosaphat

De Josaphat

Iosaphat vero
regnavit in ierusalem xxxv
annorum erat cum regnare
cepisset et xxv annis reg-
navit. Cepit autem regnare
anno quarto achab regis
israel. Et hic oritur questio
de collatione quam omnes per
librum regum separatim dis-
cucimus. Et ambulavit io-
saphat in viis aza patris
sui. Anno tertio regni sui
precepit principibus et sacerdotibus
regni sui ut peragrantes per
singulas civitates docerent po-
pulum legem moysi. Porro
ammonite moabite et ara-
bes irruerunt in iudeam in
engaddi. Et orante iosaphat
in templo confortavit eum
haziel propheta filius zacharie
dicens Iuda et ierusalem noli-
te timere cras egrediemini
et dominus erit vobiscum Et
egressus percussit hostes et
fugavit. Cumque diriperet spo-
lia hostium tribus diebus di-
xit locum illum convallem

Incidencia

De ochosia rege ul

bindutionis et fuit deinceps tor vectium in domino. Sed et reliquias effeminatorum abstulit de terra. Verumtamen excelsa non abstulit et adhuc serviebat edom regi iuda in tributo. Fecit quoque iosaphat classes in ophir propter aurum que confracte sunt in asiongaber. Hanc confractionem predixit ei eliezer propheta filius dodan futuram quia iosaphat fecerat fedus cum ochozia. Et mortuus est iosaphat. Et sepultus in civitate david et regnavit pro eo filius eius ioram.

Incidentia

Sub iosaphat nonus rex filius latinorum silvius carpentus decimus silvius tyberinus a quo fluvius dictus est tyber qui prius albula dicebatur. Undecimus silvius agrippa.

De ochosia rege

Porro ochosias filius achab regnare cepit in samaria anno xvii° iosaphat et duobus annis regnavit. Et ambulavit in via patris et matris sue et prevaricatus est moab in israel id est recessit a tributo eius. Ceciditque ochosias per cancellum cenaculi et egrotavit et misit nuncios qui consulerent beelzebub deum accaron de infirmitate sua. Josephus dicit misit ad deum achairon muscam. Et misit dominus helyam in occursum nunciorum qui ait eis. Numquid non est deus in israel ut eatis ad deum accaron. Quiaobrem non surget ochosias sed morietur. Cumque reddissent nuncii ad regem et dixissent se reddisse pro huiusmodi prohibicione, quesivit ab eis de habitu viri qui apparuerat eis. Qui dixerunt vir pilosus est et zona pellicia accinctus. Qui ait helyas est. Et misit rex quinquagenarium cum suis armatis ut vocaret helyam vel invitum traherent. Et ait quinquagenarius helye sedenti in vertice montis homo dei rex precepit ut descendas de monte. Qui vidit si homo dei sum descendat ignis de celo et devoret te et tuos. Et sic factum est. Misit quoque rex alium quinquagenarium cum suis qui similiter locutus est et similia passus. Destinavit quoque tercium quinquagenarium qui creditur esse abdias fuisse qui curvatis genibus coram helya ait obsecro ut misereatur anime mee et suorum meorum. Et ait angelus ad eum descende cum eo ne timeas. Qui descendit ad regem et ait Quia misisti ad beel beelzebub quasi non esset deus in israel morieris. Et mortuus est ochozias et regnavit ioram frater eius post eo anno secundo ioram filii iosaphat. Et tunc equaliter fuerunt rex israel et rex iuda et affines.

De raptu helye

de raptu helye

Factum est cum levare vellet dominus helyam per turbinem in celum venerunt helyas et heliseus in galgalis et ait et ait helyas ad heliseum Mane hic quia misit me dominus in bethel. Qui videt vivit dominus et anima tua quia non derelinquam. Habebant enim

in spiritu eum tollendum esse. Et oc-
currerunt ei filii prophetarum
qui erant in bethel et dix-
erunt ad helyseum secreto.
Nosti quia hodie tollet dominus
tuus a te. Qui respondit: Novi,
silete. Et ait helias: Mane
hic. Qui noluit. Cumque veni-
sent iericho idipsum dixerunt
heliseo filii prophetarum qui erant
ibi, quod et predicti. Et voluit
helias ut maneret ibi, sed noluit.
Cumque venissent ambo ad
iordanem et l. de filiis prophetarum
a longe spectarent, involvit
helias pallium suum et percussit
aquas et divise sunt et trans-
ierunt per siccum. Cumque transissent
dixit ad eum helias: Postula
quod vis ut faciam tibi antequam
tollar a te. Qui respondit: Ob-
secro domine ut fiat spiritus tuus
in me. Qui respondit: Difficile
rem postulas. Tamen si vide-
ris me cum tollar a te, erit,
alioquin non erit. Optavit du-
plicem spiritum helias, id est
ad duo, ad prophetiam et mira-
cula. Ad eadem duo fuit in he-
liseo et ita non petiit duplici-
ter esse super magistrum. Quidam
tamen distinguentes ita: Efficiatur
spiritus tuus duplex in me, quod
ita impletum fuisse tradunt:
Nam helyseus vivens mor-
tuum suscitavit, quod non helias.
Cumque pergerent, ecce currus
igneus et equi ignei divi-
serunt utrumque. Et ascendens he-
lias ferebatur in celum quasi
turbinem. Legitur quod sabbatha
pater helie, nondum nati, vidit
in sompnis viros candidos
se salutantes. Quod cum
nuntiasset in ierusalem, responsum
est ei: Noli vereri, hic iudicabit
israel in gladio et igni. Helise-
us autem videbat et clamabat:
Pater mi, pater mi, currus
israel et auriga eius, id est
sustentator populi et rec-
tor. Et deiecit ei helias pal-
lium suum. Cumque ille scidit vesti-
menta sua vel pro dolore
vel abiciens vestem suam
ut deinceps uteretur veste
helie. Et rediens ad iorda-
nem percussit aquas pallio
helie et non sunt divise, et
ait: Ubi est deus helie eti-
am nunc? Percussitque iterum et
divise sunt et transiit. Quod
videntes filii prophetarum dixerunt:
Requievit spiritus helie super
heliseum. Et occurrentes ado-
raverunt eum et eo licet renu-
ente miserunt l. viros ad que-
rendum helyam si forte pro-
iecisset eum dominus in aliquo
monte aut vel vallium. Cumque que-
sissent per tres dies eos non inven-
to redierunt.

De sale helisei etc.

De sale helisei

Hinc dixe
Dixerunt viri iericho ad he-
lyseum: Terra hec optima
est sed aqua fontis pessima
terram facit sterilem. Qui assu-
mens novum vas terreum mi-
sit in illud sal, et egressus ad
fontem misit sal in illud et
ait: Hec dicit dominus: Sanavi
aquas has et non erit in eis
mors ultra neque sterilitas, for-
te morbosa erat bibentibus
cum sterilitate. Et sanate sunt a-
que usque in diem hanc. Cumque
ascenderet in bethel illude-
bant ei xl. ii. pueri dicentes:
Ascende calve. Et maledixit
eis in nomine domini. Egressi-
que sunt duo ursi de saltu et
devoraverunt eos. Cumque trans-
isset per montem carmeli, re-
diit in samariam et habitabat
in ea.

De tribus regibus qui obsederunt regem moab

De tribus regibus qui obsederunt regem moab

Duo
P ioram
filius achab regnavit in

samaria annis xvii. Iosaph
at et duodecim annis regna
vit tulitque ydola gentium que
pater suus introduxerat. Ve-
rumtamen a cultu vitulorum iero
boam non recessit. Tunc tempore
darguerit michias ottisius
est abeo Scripsit ut dicit epi
phanius episcopus salamine
cipri et sepultus est in mo
rasti solus iuxta sepulturam
semiachim. Alius fuit qui
micheas similiter morastites
sextus xii. prophetarum. Porro
rex moab solvebat regi israel
tributum agnos c. et totidem
arietes cum velleribus suis. Sed
mortuo achab recessit a tri
buto. Cuius vicem rex ioram
rex israel ascendit contra eum
in prelium et habuit secum iosa
phat regem iuda. Sed et io
saphat adduxit secum regem
edom. Cumque misissent per deser
tum ydumee vii. diebus
non erat eis aqua et ait iosa
phat. Est ne hic propheta domini.
Et respondit quidam. Est hic
helyseus qui fundebat aquam
super manus helye. Et
steterunt tres reges ante he
lyseum. Qui dixit ad regem
israhel. Quid michi et tibi
est id est tu tu sis ydolatra
quare venis ad prophetam domini.
Verumptamen propter iosaphat
reverenciam et ait. Adducite
michi psaltem. Cumque cane
ret psaltes per armoniam
excitatus est spiritus eius et fac
tus est spiritus domini super eum
et ait. Facite in alveo torren
tis huius ex situ fossas et fos
sas ut habundanciam aque
supervenientis retinere possint
dabit enim dominus vobis aquam
aquam sine vento et plu

via in habundancia. Insuper
tradat dominus moab in ma
nus vestras urbes electas per
cucietis et ligna fructifera suc
cidetis fontes obturabitis a
gros egregios operietis lapidibus.
Factum est mane in hora sa
crificii invenerunt paludem tor
rentis plena paludem cum vehe
menter tribus diebus ut ait
iosephus in supernis partibus
ydumee. Porro moabite sta
bant in terminis terre sue ut
prohiberent hostes ab ingres
su. Qui cum mane vidissent
ex adverso torrentis aquas
turbidas sole repercussas su
spicati sunt infectas sanguine
et dixerunt. Surgamus ad pre
dam mutuo cesi sunt hostes
dumque irruerunt precipites
percussit eos israel et fugierunt
et devastatus est israel moab
et fecit illa in omnia que predixe
rat helyseus et circumdederunt
civitatem ubi erat sedes reg
ni que a fundibulariis ex
magna parte percussa est. Et
desperans rex moab tulit
secum dcc electos ut irrumpe
rent per partem exercitus ubi erat
rex edom et aufugeret sed
hostes repulerunt eum in urbe
et necessitate compulsus fi
lium qui regnaturus erat pro
eo coram hostibus super murum
obtulit holocaustum ut deus
eum liberaret. Reges autem vi
dentes hoc sive necessitate ex
humana compassione recesse
runt ab eo. Et rediit iosaph
at in ierusalem et obviavit ei
iesu propheta filius anani in
crepabat eum ex parte domini ydola
tre solatia prebuisset. De iosaph

Factum habundancia
est autem olei data etc.
quedam mulier de uxo

rebus prophetarum uxor scilicet abdie
clamabat ad helyseum dicens
vir meus mortuus est et op-
pressus erat ere alieno propter
alitis alimoniam prophetarum
Et ecce creditor venit ut tol-
lat duos filios meos ad servi-
endum sibi Et respondit helyseus
quid habes in domo tua et
illa non habeo nisi parum olei
quo ungar Qui ait pete mu-
tuo vasa vacua non pauca
et clauso hostio tu et filii tui
mitte inde in omnia vasa Cum-
que infunderet mulier creste-
bat oleum et impletis vasis
stetit id est crescere cessavit
Quod cum accepisset helyseus
ait ad eam vade et redde cre-
ditori tuo. tu autem et filii tui
vivite de reliquo de suscitatione
Factum est filii sunamitis
autem cum transiret helyseus per
sunam civitatem et erat
ibi mulier magna non tam
corpore quam sapientia Que in-
telligens virum dei esse te-
nuit eum ut comederet panem
Cumque frequenter diverteret ad eam
helyseus suasit mulier viro
suo ut facerent ei cenaculum
parvum et ponerent in eo lec-
tulum et mensam et sellam
candelabrum Et rediens hely-
seus requievit ibi et ait ad
iesi giezi voca sunamitem hanc
et loquere ad eam Quid vis
ut faciat dominus meus tibi
loquetur pro te regi vel principi
milicie Que respondit in medio
populi mei habito qui ditat valla-
ta sum propinquis et nullus in-
quietat me Cumque quereret he-
lyseus quid vellet dixit yesi
ad eum filium non habet et vir eius
senex est Tunc ait ad eam hely-
seus In tempore isto et in hac
hora si vita comes fuerit

habebis in utero filium hebreus
sic habet In tempore isto cum
tempus vite subaudi adfuerit
tibi habebis et cetera Que
respondit Noli vir dei mentiri
ancille tue Concepit tunc mulier
et peperit iuxta verbum helysei
Cumque crevisset puer Egressus
est ad patrem ad messores et
egrotavit Cumque clamasset
caput meum doleo remisit
eum pater ad matrem suam et
mortuus est Et collocavit
eum mater super lectum viri dei
et clausit hostium et vocans
virum suum ait Curram ad
virum dei et revertar Qui res-
pondit hodie non sunt kalende
neque sabbatum cum ibi festis
eius prophete diebus et docto-
res solebant frequentari et
audiri Et tollens mulier unum
de pueris secum sedens super asi-
no venit ad virum dei in montem
carmeli Quem cum vidisset eam
ait ad yezi Ecce sunamitis
illa occurre et dic ei Recte
ne agitur circa te et circa vi-
rum et filium Que respondit rec-
te Et nota quia semper hely-
seus hospitam suam vocat
sunamitem Non tantam
familiaritatem habuit cum
ea ut proprium nomen eius
sciret Et proiecit se mulier
et apprehendit pedes helysei
et ait yezi volenti eam re-
movere Dimitte eam in
amaritudine est anima eius
et dominus celat a me Et ait
mulier Numquid non dixi tibi ne
illudas me Illusionem vo-
cat dari filium a domino et tan-
tus auferri Et ait ille ad
yesi Tolle baculum meum et
vade et ne facias moram
vel aliquem salutando vel res-
pondendo salutanti Et po-
nes baculum meum super faciem
pueri Cumque abiisset ait

mulier ad helyseum. Vivit
dominus non dimittam te. Et secutus
est eam. Et reversus est yezi in
occursum eius dicens Non sur
rexit puer. Et ingressus hely
seus incubuit super puerum et
contrahens se coaptavit me
bra sua membris eius et cu
ra fecit calefacta est caro pueri
et oscitavit puer et aperuit
oculos. Verum cum reddidisset
matri viventem reversus est in
galgala. Hunc locum sepe frequen
tabat helyseus tum pro religi
one loci tum quia ibi natus
est et mortuo eius tale ibi con
tigit prodigium ut una ymma
go vitulis aureis acute
mugiret. Quo audito in iherusalem
sacerdos divino instinctu ait Pro
pheta natus est in israel qui scul
ptilia deorum destruet et fusilia.

De colloquintidis et superhabundancia panis

Una fa De colloquintidis
mes erat et superhabundan
in terra cia panis &c.
et filii prophetarum commorabantur
ad helyseum. Qui dixit u
ni de pueris. Coque pulmentum
filiis prophetarum. Qui egressus
ut colligeret herbas agrestes
invenit quasi vitem silvestrem
et collegit ex ea colloquintidas
nesciens quid esset et concidit
in ollam pulmenti. Hee sunt
agrestes cucurbite amarissime
minores hiis que in ortis nascun
tur velut quidam dicunt. Her
ba est quasi vitis se diffundens
in sepibus fructu modico pur
pureo et rotundo cum maturum
est. Cumque gustassent retun
dentes de coctione hec clama
verunt. Mors in olla vir dei i.
amaritudo quasi in morte vel in
mortifera. Et allatam farinam
misit in ollam et dulcorata
est esca. Vir autem quidam de tu
lit viro dei panes primiciarum
et xx panes ordeaceos et
frumentum novum in pera i.
grana confricata. Non enim
intelligendum est de panibus primi
ciarum qui offerebantur in pen
thecosten neque de polenta que
offerebatur in pascha. Sed quia
fames erat in terra festinaverunt
tritico adhuc recente facti
sunt panes quos fecit helyseo
apponi populo. Et videam dicit
centum viris. Sed ita intelli
gendum est ut apponam eciam
centum viris ne dum populo vel for
te duos panes tamen primiciarum
apposuit centum viris dicens Hec
dicit dominus Comedent et su
pererit. Et factum est ita iuxta
verbum domini. De Naaman

Naaman autem
erat princeps milicie re
gis syrie vir ducens et
assiduus sed leprosus et la
trunculi de syria captivam du
xerant puellam de israel que
erat in obsequio uxoris Naa
man. Que ait ad dominam
suam Utinam fuisset dominus
meus ad prophetam samarie qui
curaret eum. Tulitque naa
man aurum et argentum nihil
et x mutatoria vestium id est
x paria vel novas vestes que
sic vocantur pro mutatione
veterum. Tulitque secum litteras syrie
ad regem israel in hec verba. Sci
to quod miserim ad te naaman
ut cures eum a lepra. Et au
diens rex israel blasphemiam
scidit vestimenta sua et ait
Numquid ego sum deus ut curem
hominem a lepra. Occasiones
querit adversum me. Et misit ad
eum helyseus dicens Cur
scidisti vestimenta tua veniat
ad me et sciat prophetam esse
in israel. Stetit itaque naaman cum
equitatu eius ad hostium hely
sei. Qui misit ad eum dicens

lavare septies in iordane
et mundaberis. Cumque abiret
naaman indignans quod tetig-
isset eum mutato nomine
domus dixerunt servi sui. Si rem
grandem dixisset propheta tibi fa-
cere debueras, quanto magis
quod modicum est. Descendit ergo
et lavit in iordane septies
et mundatus est. Et rediens
stetit coram helyseo et ait scio
quod non sit alius deus in univer-
sa terra nisi in israel. Et obtulit
ei benedictionem. Cumque renu-
enti vim faceret ait helyse-
us vivit dominus quia non
accipiam. Et ait naaman
obsecro ut tollam onus du-
orum burdonum de terra hac.
Est autem burdo ex equo et
asina. Secundum quosdam tulit
terram ut sterneret eam in tem-
plis idolorum ut stans
super eam adoraret deum terre
israhel ne offenderet dominum
suum si pariter non adoraret. Et
verius videtur quia ex ea fe-
cit altare ad immolandum domino.
Unde et subdidit. Non faci-
et servus tuus ultra holoca-
ustum ac victimam diis ali-
enis nisi domino. Unde est quod
mutare non possum. Cum in-
nititur rex super manum meam
et adorabit in templo rem-
mon oportet me simul
adorare. Ora dominum ut non
imputet michi hoc. Et abiit
naaman electo terre tempo-
re id est cum elegisset terram
asportandam. Hebreus sic habet:
Abiit ab eo aliquanto terre spa-
cio. Eadem ambiguitas in ge-
nesi legitur. Eratque vernum
tempus et ingrediebatur effrata.
Hebreus habet adhuc spacio ter-
re erat et ingrediebatur effrata.

Et sic latinus interpres po-
suit electo tempore vel vernum
in spatio. Cucurrit autem gezi
post naaman ut aliquid acciperet
ab eo et ait. Dominus meus
misit me dicens. Venerunt
ad me duo adolescentes de
filiis prophetarum da eis talentum
argenti et vestes duplices.
At ille dedit ei duo talenta
et vestes duplices et tradi-
dit ei pueros qui defferrent
ea et abscondit ea in domo.
Cumque vespere staret coram
helyseo ait unde venis ge-
zi. Qui respondit. Non ivit ser-
vus tuus quoquam. At ille: Non-
ne cor meum tecum erat cum
reversus homo fuit in occur-
sum tuum. Accepisti argen-
tum ut emas possessiones,
sed lepra naaman adhe-
rebit tibi et semini tuo in sem-
piternum. Et egressus est ab
eo leprosus. Non legitur ad lit-
teram gezi filios habuisse
leprosos nec posteros. Cer-
tum est autem de gezitis quod
lepra symonie lepsi sunt.
Factum de securi et ceci- (de securi et ceci-)
est cum tia syriorum (tia syriorum)
esset helyseus cum pro-
phetarum filiis incide-
ntibus ligna ad iordanem
cecidit ferrum securis unius
in aquam. Cumque eiularet
ille misit helyseus lignum
in aquam ubi ceciderat ferrum
et tulit illud. Porro rex sy-
rie pugnabat contra israel et
sepe ponebat servos suos in
insidiis quas cavebat rex
israhel helyseo sibi manife-
ste abscondita syrorum. Et con-
turbatus rex syrie ait servis
suis. Quis vestrum proditor

est michi apud regem istum. Et ait unus. Nequaquam domine mi rex, sed Helyseus indicat regi Israel quecumque loqueris in conclavi tuo. Dixit. Ite et videte ubi sit, ut mittam et capiam eum. Cumque accepisset illum esse in Dothaim, misit illuc robur exercitus. Qui venientes nocte circumdederunt civitatem. Mane puer Helysei vidit exercitum terribiliter et clamavit. Heu domine quid faciemus. Qui vidit. Noli timere, plures nobiscum sunt. Et orante Helyseo aperuit dominus oculos pueri et vidit montem plenum curribus igneis, id est ordinibus angelorum. Cumque hostes intrarent ad eum, orante Helyseo percussit eos dominus cecitate, non omnimoda, sed acrisia, ne eum agnoscerent. Et dixit ad eos Helyseus. Non est hec via nec ista est civitas, id est non est hic mansio Helysei. Sequimini me et ostendam vobis virum quem queritis. Et duxit eos in Samariam, et orante Helyseo aperuit dominus oculos eorum et viderunt se esse in medio Samarie et hostes circumstantes. Et dixit rex Israel ad Helyseum. Percutiam eos pater mi. Qui dixit. Nequaquam. Dominus enim adduxit eos, sed prebe eis hospitalitatem affluenter. Quo facto redierunt Syri ad propria nec ultra in diebus Helysei venerunt latrones Syrie in Israhel.

De secunda obsidione Samarie

De secunda obsidione Samarie

Factum est post hec, Benadab rex Syrie obsedit Samariam, et facta est fames in Samaria ut venderetur caput asini lxxx argenteis nummis, nummi autem et quarta pars cabi stercoris columbarum v argenteis. Hoc ut ait Iosephus condiebant cibos pro sale. Tradunt quidam nomine stercus dici vesiculum columbe in qua reperiebantur grana de foris allata. Cumque transiret rex per murum et considerarent custodias muri, clamavit mulier ad eum. Salva me domine rex. Qui suspicatus est quod quereret aliquid ab eo et commotus respondit. Non salvet te dominus, unde te possum salvare, de area an de torculari. Que vidit. Nequaquam domine, sed ego et mulier ista conduxeramus de filiis nostris comedendis et comedimus filium meum. Hec autem abscondit filium suum. Et contristatus rex vehementer scidit vestimenta sua et aperuit cilicium quo vestitus erat ad carnem et ait. Quid amplius mali possum expectare a domino. Hec sua faciat michi et hec addat si steterit caput Helysei super eum hodie. Hoc enim malum imputabat Helyseo qui cum nomine non liberabat cum posset. Cumque misisset spiculatorem penitentia ductus sequebatur eum ut prohiberet. Helyseus autem sedebat in domo sua et senes cum eo, quos Iosephus dicit discipulos. Et ait Helyseus. Nescitis quia homicide qui filius occidit nabo

misit ut precidat caput me-
um prohibete intrare nun-
cium donec veniat rex
qui prohibebit quod iusserat
Cumque venisset rex ait He-
lyseus Cras hac hora erit
in porta Samarie modius
simile pro statere uno et du-
o modii ordei similiter Et ir-
risit eum unus eorum super
quorum manus rex incumbebat
dicens hoc esse impossibile Cui
Helyseus videbis et non
comedes Quatuor viri leprosi
cantes ad introitum porte fa-
me deficientes qui vespe-
re venerunt ad castra Syrie et
neminem ibi repererunt
Terruerat enim dominus Syros
sonitus exercitus magni mit-
tens super eos fugeruntque
animas suas tantum salvare
cupientes et intrantes le-
prosi comederunt et tollentes
de preda impleverunt sinum nuncia-
verunt portariis urbis Sy-
ros abisse Suspicans autem
rex ipse Syros simulasse fu-
gam et latere misit duos
in equis qui explorarent
omnia usque ad Iordanem Et
cum reversi essent nunciassent
Syros fugisse egressus populus
diripuit castra et vendeba-
tur simila et ordeum iuxta
verbum Helysei Dux autem
qui irriserat eum a rege con-
stitutus ad portam oppressus
est a turba et mortuus est

Ca. de fame septem annorum

Post hec
Paulo ante He-
lyseus locutus est ad
mulierem cuius filium susci-
taverat Vade cum domo tu-
a peregrinari ubicumque poteris
Vocavit enim dominus famem
super terram vii annorum id est
[illegible] propositum fami
vel est locutus Dehac fame am-
biguum est utrum precesserit predic-
tam obsidionem vel secuta sit
Igitur mulier intravit terram Phili-
stiim et contribules occupaverunt
bona eius Cumque finita fame
regressa esset et intravit ut in-
terpellaret regem pro domo sua et
agris et tunc loquebatur rex cum
Gezi querens magnalia He-
lizei ab eo Cumque videns mulie-
rem ait Gezi hec est mulier et hic
est filius eius quem suscitavit
Helizeus Cumque ei narrasset
regi seriem facti restituit ei
rex omnia quecumque amiserat
a die qua reliquerat terram De morte benadab

Ca. de morte benadab

Post hec Benadab rex Syrie audiens
quod deus amoverat eum ab ob-
sidione et non homo contristatus
egrotabat Helizeus autem venie-
bat Damascum et misit rex in
occursum eius Azael cum muneribus
ut consuleret eum de infirmitate sua
Cui querenti respondit Helizeus
dic ei sanaberis Non dixit sa-
nabitur quia mortuus est rex
sed ut diceret ei sanaberis Po-
stea traxit Azael in partem dicens
Ostendit michi dominus quod morietur
et tu eris rex Syrie Sicut im-
pletum est quod dixerat dominus He-
lye Saltem cum non inunxit He-
lyas Azael nisi quod predixit per
Helizeum eum futurum regem Et fle-
vit Helizeus videns in spiritu
mala que facturus erat Azael
filiis Israel que et indicavit
illi Et reversus Azael ad regem
dixit sanaberis Altera die tu-
lit stragulum et infudit aquam
et expandit super faciem eius
Stragulum grece est stratorium quod
lecto vel sedili superstruitur Et
dicitur quod Azael pannum perfusum

aqua imposuerit super eum
ad refrigerandum hebreus
habet expandit super faciem
suam stragulum ut non a-
zael sed ipse benadab hoc
fecisse intelligatur inde
mortuus est et regnavit
azael pro eo. Quidam tamen hoc
exposuerunt de obsequio mor-
tui dicentes quod azael mor-
tuum lavit aqua et expan-
dit stragulum super faciem
mortui. Josephus plane
dicit azael altera die infu-
so laqueo strangulavit. Illo
ad huc sensu quidam predic-
tam literam referunt dicen-
tes quod azael vestem made-
factam posuit super faciem
eius simulans refrigera-
tionem sed statim effudit
aquam super os eius donec
suffocaret eum.

Quinto anno
Pr regis ioram filii achab
regis israel in quo congre-
gnaverat ei iosaphat rex
iuda regnavit ioram fi-
lius iosaphat in ierusalem vin.
annis. Qui ad consilium uxo-
ris fecit malum coram domino
secutus deos alienos tamen
domum non disperdidit iuda
propter david servum suum. Tunc
recessit edom ne esset sub
iuda. Nam regem suum tri-
butarium occiderunt ydumei
novum creantes qui non te-
nerentur tributa reddere.
Cumque ioram sex fratres
suos occidisset compelle-
ret quoque ierosolimitas etiam
ydolatriae tulit ad eum hely-
as quidam propheta correcto-
riam comminatoriam pe-

ne impleta est autem com-
minatio in hunc modum.
Arabes irruentes in iudam
vastaverunt provinciam
et domos regias et uxores
regis abduxerunt filios quoque
occiderunt preter ochoziam et
ipse tandem coniunctam incidit
egritudinem intestina corrup-
tione viscera effundens ut
cottidie quasi se perire vide-
ret et mortuus est et sepul-
tus in civitate david. Non
tamen ut ait iosephus in
sepulcro patrum suorum sed pri-
vatum tumulum sine regalibus
obsequiis tradiderunt ei.
Et regnavit ochosias vel a-
zarias vel ochozias filius eius
pro eo hunc regem et reli-
quos usque ad aziam preteriit
matheus. Regnavit an-
no xii ioram filii achab
xx duorum annorum erat cum re-
gnare cepisset et uno anno
regnavit in ierusalem. Et ambu-
lavit in viis achab avi sui
abiitque cum ioram filio achab
avunculo suo ad preliandum
contra azael regem syrie in
ramoth galaad et vulneratus
est ioram. Et relicto exercitu
in obsidione sub hyen prin-
cipe descendit in iezrael
ut curaretur et descendit
cum eo azarias. De hyen re-
ge israhel.
H Eliseus
autem misit unum
de filiis prophetarum
cum lenticula olei ad
exercitum in ramoth galaad
ut hyen cuo cato in parte
ungeret in regem super israhel.
Qui cum invenisset hyen se-
dentem cum principibus ait
verbum michi ad te o princeps.
Et ait hyen ad quem ...

rudit. Ad te o princeps for
te non cognoscens ieu hoc
quod presagium in mente su
a posuerat ipsum esse iheu
ieshu qui primus respondis
set. Cumque induxisset eum
in cubiculum fudit oleum
super caput eius et ait. Hec
dicit dominus vnxi te regem
super israel et percuties omnem
domum achab in vlcionem
sanguinis seruorum meorum de
manu iezabel. Quo facto
citissime aufugit propheta. Cum
que regressus esset iheu ad ser
vos domini sui dixerunt ei.
Quid venit insanus iste ad
te quasi insanos enim re
putabant filios prophetarum
vel quia fugerat citissime
quasi insanus. Et ait iheu
Recte iudicastis. Nam verba
nesana locutus est dicens.
Hec dicit dominus vnxi te regem
super israel. Festinauit itaque
tollere vestes suas et subster
nere ei sub similitudine tri
bunalis et canentes tuba
dixerunt. Regnabit iheu.
Coniurauit ergo iheu contra
ioram et nullus hoc annunci
auit in iezrael sed omnes asce
derunt simul. Cumque ascende
ret speculator in iezrael ait.
Video globum venientem.
Et suspicatus ioram vel cap
tam vrbem vel pacem fac
tam misit nuncium in occursu
eorum qui ait. Hec dicit rex
Pacata sunt omnia. Et ait iheu.
Quid tibi et paci quod dicit.
Quid ad te. Sequere me. Vel
forte hunc quod ipsi regi res
pondit. Quasi dicat. Quid
queris de pace qui tyrannum et
patrem tuum habes et adhesit
mitius eis. Ipse itaque ioram re
cuicum nuncium qui si
militer non est reuersus ad
eum. Et ascendens ioram
rex israel et rex iuda cum eo
egressi sunt in occursum
iheu vsque in agrum na
both iezraelite et ait ioram
Est ne pax iheu. Qui re
spondit. Que pax. Adhuc viget
fornicationes matris tue et
quasi dicat. Que pax potest esse
mecum nos enim iugiter offendi
mus deum per ydolatriam ma
tris tue. Et fugiens ioram
ait ad nepotem suum. Insidie
sunt hic ochazia. Tunc iheu
percussit ioram inter scapulas.
Et egressa est sagitta per cor
eius et corruit et mortuus
est et ait iheu ad ducem tercie
partis militum. Proice eum
in agro naboth. Memento
quando ego et tu sequebamur
achab patrem huius. Quod com
minatus est ei dominus per he
liam quod redderet ei in agro
naboth pro sanguine naboth
et sanguine filiorum eius. Ta
men super de filiis naboth
nulla facta est mencio
sed quod ibi dictum est hic
suppletur. Forte canes lin
xerunt sanguinem ioram
iuxta verbum helye. Vnde prius
enim sanguinem achab canes
linxerunt sanguinem filii eius.
Ochaziam vero fugientem
insecutus est iheu et vulne
rauit eum in ascensu gaber.
Qui vulneratus fugit in
mageddo et mortuus est
ibi et tulerunt eum in ierusalem
et sepultus est in ciuitate da
uid. Post hec intrauit iheu
in iezrael. Quod iezabel audiens et
depinxit oculos suos stibio

et ornavit caput suum ut
pulchrior videntibus appa
reret et per fenestram ait
ad iehu Numquid pax potest esse
zambri qui interfecit domi
num suum Quasi dicat Tu
occidisti sicut et zambri et
eadem pena puniendus
es Tunc dixit iehu duobus
eunuchis qui circumsta
bant eam eam precipitate
eam Et precipitaverunt
Et conculcaverunt eam
ungule equorum Cumque se
dere iehu ad mensam ait
servis suis Ite et sepelite
maledictam illam quia
filia regis est Et cumque ve
nissent ad eam non inve
nerunt nisi calvariam id
est suprema cellam cerebri
et pedes et summitatem
manuum Quo audito iehu
ait Sermo domini est quem
locutus est per helyam De
morte filiorum achab

De morte filiorum achab

Erant autem achab
lxx filii in samaria
et scripsit iehu ad nutricios
eorum et ad optimates civi
tatis dicens Eligite quem vultis
de filiis achab et constitui
te regem super vos et pugna
te pro domo dei vestri Qui
perterriti responderunt ei Servi
tui sumus fac quod tibi placet
Et scripsit secundo Si mei estis
tollite capita filiorum domi
ni vestri et venite ad me cras in
iezrael Et sic factum est Et
attulerunt capita in cophi
nis ad iehu Qui mandavit
ne introducerent ad cu

sed in introitu porte po
nentur ad duos acervos usque
mane Cumque mane incl
ceret capita dixit ad po
pulum Iusti estis Quasi
dicat comparatione istorum qui
lxx occiderunt iusti estis
qui non nisi ioram et ieza
bel meum occidistis vel po
tius samaritas qui eos
occiderunt commendavit Qui
dicat Iuste fecistis implendo
verbum domini Quod vide
licet sequens Addidit enim
Si ergo interfeci dominum me
um quis percussit eos et istos
domus fecit quod locutus est in
manu helye Tunc percussit
iehu omnes reliquos de do
mo achab in iesrael et op
timates eius et notos et
sacerdotes et ibat in sama
riam In via vero obviavit
xl duobus fratribus azarie
regis iuda qui descende
bant ad salutandos pueros io
ram et ahaziam nescien
tes quod occisi essent et occidit
eos iehu Tunc egressus est
in occursum iehu ionadab
filius rechab et benedixit
ei pro ratione domini quam
fecerat Quem impositum cur
ru suo duxit in samariam
Et percussit omnes qui reli
qui fuerant de domo achab
usque ad unum Congregavit
ergo iehu populum samarie et
ait In dolo ampliare volo
cultum baal Vocate omnes pro
phetas eius et sacerdotes
quicumque defuerit non vivet
Sacrificium enim est michi
grande baal Et venerunt

omnes servi baal. Et ait
iehu hiis qui erant super ve
stes. Date vestes omnibus
servis baal. Et dederunt. Cum
que perscrutatus esset iehu dili
genter ne quis deesset vel
alius interesset dixit mili
tibus suis. Ingredimini et percu
tite eos nullus evadat. Et per
cusserunt eos. statuamque baal
comminuerunt et destruxerunt
templum eius et fecerunt pro
eo latrinas id est subterraneos
cuniculos ad mundandas vi
as urbis. Et delevit iehu ba
al de israhel. Veruntamen
a viis ieroboam non recessit.
Et ait ei dominus. Quia feci
sti que in corde meo erant
contra domum achab filii tui us
que in quartam generationem
sedebunt super tronum israel. Et
mortuus est iehu et sepultus
in samaria cum regnasset xx
viii annis et regnavit fi
lius eius pro eo ioaz vel io
haam vel ioachaz. De atala
Porro atalia lia et
videns mor ioas re
tuum filium suum et volens
regnare interfecit omne se
men regni in ierusalem. Erat
autem iosaba soror achazie
ex patre et uxor ioiade sum
mi sacerdotis que furata
est ioas filium achazie lacta
tem ne interficeretur et abscon
dit eum vi annis in domo
domini id est in domunculis
ebdomadariorum. Anno autem
septimo ioada convocavit
centuriones et principes le
vitarum et milites et ostendit e
is secreto filium regis. Et con
iuraverant omnes principio con
tra athaliam et quod puerum

in in sabbato constituerent
regem. Et fecerunt in hunc
modum. xxiiii erant summi
sacerdotes quorum unusquisque
in ebdomada vices sue habe
bat secundum in ministerium
xxiiii minores sacerdotes et
totidem cantores et totidem
ianitores. Diluculo vero sabbati
pontifex qui ministraverat
cum turma sua egrediebatur
ad propria. Pontifex vero qui mi
nistraturus erat ingredie
batur cum turma sua. Tunc
autem ioada pro ampliando
comitatu retinuit egressuros
recepit ingressuros faciens
ex eis duas turmas. Adiun
xit quoque tertiam turmam
de centurionibus et levitis
quos convocaverat et in thesauris
domus saltus et domus archivi
quam condam fecerat david
dedit singulis arma et pre
cepit egressuris ut regem
circumstarent in atrio interiori
et custodirent. Ingressuros
vero dixit ut descenderent
in domum regiam ne forte
regine egredientes et ca
ptivationem regis impedirent.
Sed hanc turmam divisit in
tres partes precipiens ut u
na observaret excubias re
gis id est porticum domus re
gie. alia observaret portam
sevir per quam ascendebatur de
civitate in domum regiam.
tertia post observaret domum me
sa que dicitur porta scuta
riorum id est custodum regis per
quam de domo regia ascen
debatur in templum. Terti
am vero partem quam collige
rat de centurionibus et le
vitis posuit ad custodiam

atriorum templi ex omni par
te. Tunc ipse cum reliquis sac
dotibus et levitis et senioni
bus produxit filium regis et
unxit eum in regem et im
posuit super eum dyadema
et testimonium id est legem te
nendam in manibus ut cum
ipso cresceret regni disciplina
legis dei servanda committe
retur. Athalia vero accurrens
scidit vestimenta sua cla
mans Coniuracio coniura
cio. Et eduxit eam centu
riones extra septa templi
per portam equorum et interfec
ta est ibi. Deduxeruntque regem
per portam scutariorum in pallaci
um et sedit super thronum
regium. Et letatus est populus
terre quia abstulerat dominus
obprobrium ne ulterius regnaret
super eos. Et destruxerunt te
mplum baal aras quoque et y
magines quas fecerant io
ram et athalia, mathan quoque
sacerdotem baal occiderunt
coram altari. Et erat septem
annorum ioas cum regnare cepisset
anno septimo iehu regis is
rahel et xl annis regnavit
in ierusalem et fecit rectum coram
domino cunctis diebus ioiade
sacerdotis. De gazophilacio

de gazophilacio

Erat autem in domo domini
ruine non solum vetu
state et negligencia sed eciam
que fecerat athalia et desti
tuerat pariete domum baal.
Precepit itaque ioas sacerdotibus
ut instaurarent sarta tecta
domus recipientes oblaciones
pretereuncium et que offerebantur
precio anime id est que dabant
ituri ad prelium in remedium ob
lacionem pro peccato et delicto sacer
dotum erant. Verumtamen cum recepis
sent sacerdotes usque ad xx ter
cium annum regis ioas non tamen
instauraverunt sarta tecta templi.
Et iratus rex prohibuit sacerdo
tes ultra accipere pecuniam. Josephus
tamen dicit ut ponitur regione
senuerint sacerdotes pro capite di
vidum seculi. Tunc videns io
iada populo non placere cessat
et obligare non fuerint restaurate
ruine. Tunc ioiada fecit ga
zophilacium unum apto
desuper foramine et posuit
illud ad dexteram ingredientium
domum non longe ab altari.
Cumque appareret pluria pecunia
in gazophilacio scriba regis
et pontifex effundebant ea
et dabant hiis qui preerant
cementariis domus domini et non
fiebat cum eis racio sed in fi
de tractabant. Nec fiebat ex
pecunia illa vasa aliquod in domo
domini sed de eo quod erat residuum
sartatecta ut legitur in paralipomenon.
Et mortuus est ioiada sacerdos
qui solus post moysen cxxx
annis vixisse et sepultus est
in civitate david eo quod genus
david reparavit imperium.
Eo mortuo ioas a legittimis
dei declinavit tunc contemplo
et optimates initiati sunt.
Verum cum argueret zacharias
filius ioiade fecit eum obrui
lapidibus inter templum et
altare. Extunc ut dicit epiphanius
non accepit populus in templo
responsum manifeste sicud
prius nec ex dabir nec ex ephot.

Omnes filii zacharie [illegible]
virum postremum [illegible]
rias postumus [illegible]
matris non videns [illegible]

Rex autem non multo post penas
persoluit. Azael enim rex Sy-
rie cum expugnasset geth ascen-
dit in ierusalem. Ioas vero
misit ei thezauros domus
domini et domus regie non de
absconditis tumulorum et re-
cessit ab eo. Eiusque incurrit
ioas languorem pessimum
eo quod diuinos honores sibi no-
lebat impendi ut dicunt he-
brei. Dicunt serui eius percusse-
runt eum et mortuus est et
sepultus in ciuitate dauid
non tamen in monumentis
regalibus. Et regnauit pro
eo filius eius amasias. In-
Sub ioas xvi rex fidentia
Fidencia
Latinorum filius aremulus
qui presidium albanorum inter
montes ubi nunc roma est
posuit. Cuius filius fuit Julius
proauus Julii proculi qui
cum romulo romam commig-
rans fundauit iuliam gen-
Anno xx tercio de te
Joas regis obitu helysei
iuda regnauit ioach-
am filius iehu super israel xvii
annis ieroboam. Et iratus
dominus contra israel dedit
eos in manum azael regis sy-
rie et in manum benadab fi-
lii azaelis. Et non sunt derelic-
ti ioachaz de populo nisi l.
equites et decem currus et
x. peditum. Et clamauit ioa-
chaz ad dominum et missus
est dominus dedit pacem in di-
ebus eius et mortuus est et
sepultus in samaria et regna-
uit ioas filius eius pro eo an-
no xxxvii Joas regis iuda

et [illegible] xvii annis reg-
nauit in israel. Et ambulauit
in viis ieroboam non tamen
adeo quantum patres eius. He-
lyseus autem egrotauit et de-
scendit ad eum ioas rex israel
et flens dicebat. Pater mi
currus israel et auriga eius.
Et ait helyseus. Affer ar-
cum et sagittam et pone
manum super arcum. Quo
facto superposuit helyseus ma-
nus suas manibus regis
et ait. Aperi fenestram ori-
entalem et iace sagittam.
Et iecit et ait helyseus.
Sagitta domini est contra sy-
riam. Et percuciens partem
syrie que est in afeth donec
consummes eam. Et sublato
arcu cum sagittis dixit hely-
seus ad regem. Percute terram
iaculo. Cumque percussisset cum
tribus vicibus et stetisset iratus
vir dei ait. Si percussisses quin-
quies sepcies quociens percus-
sisses syriam. Nunc autem
tribus vicibus percuties eam.
Et mortuus est helyseus
et sepultus est iuxta abdiam.
Porro latrunculi moabite
in terram venerunt eo anno
quendam ante sepelientes
hominem uidentes latruncu-
los et timentes proiecerunt
cadauer in sepulcro helysei.
Quod cum tetigisset ossa he-
lysei reuixit homo. Josephus
tamen dicit latrones proiecisse
in helysei sepulcro mortu-
um quem ipsi videbantur inter-
fecisse. Mortuus est autem A-
zael rex syrie et regnauit
pro eo filius eius benadab

De amasia et ioab rege israhel

Cum quo dimicauit ioas rex isrl tribus congressionibus et uicit eum et tulit de manu eius ciuitates quas tulerat azael de isrl iuxta verbum helysei. De amasia et ioas rege israhel

Anno secundo regis ioas israhel regnauit amasias filius ioas in iherusalem xxv annorum erat cum regnare cepisset et xxviiii annis regnauit. Nomen matris eius ioada de ierusalem et fecit rectum coram domino iuxta ea que fecit ioas pater suus nisi quod tamen quod excelsa non abstulit subaudiendum est victimas eorum. Nec etiam ioas excelsa abstulit sicut videtur littera sonare. Et interfecit seruos qui interfecerant patrem suum non tamen filios eorum propter legem moysi que dicit non morientur patres pro filiis neque filii pro patribus. Collegit eciam exercitum ut amalechitas et ydumeos oppugnaret et conduxit a rege isrl c armatorum c talentis argenti. Et cum esset in procinctu suasit ei propheta ut dimitteret israhelitas quia ydola serebant et deus daret ei victoriam. Et acquieuit licet grauiter ferret quod mercedes militibus perdiderat. Et percussit edom in valle salinarum x et apprehendit petram nobilem arabie ciuitatem et vocauit eam iezethel quod sonat auxilium domini. Iosephus tamen dicit viros quos cepit ad excelsam petram arabie cum deduxisset illos ex ea precipitauit. Ipsum quod dicit petra in hebreo. Nam fere in omnibus concordat. Tamen deos quos tulerant de amalech postea adorauit quia audiuit eos dantes responsa et ideo percussisse amalech quia negligentes fuerunt in cultu eorum pro quo sibi pena percussus est. Elatus enim in superbia scripsit ad ioas regem isrl. Verum sicut patres tui fuerunt dauid et salomon aliogum veni et videamus nos quod dicitur pugnemus. Et rescripsit ei ioas in enigmate. Carduus libani misit ad cedrum dicens da filiam tuam filio meo vxorem. Et indignantes bestie terre vel saltus conculcauerunt cardum. Eleuatum est cor tuum pro victoria. Cur prouocas malum ut cadas tu et iudas tecum. Et non adquiescente amasia congressi sunt iuxta bethsames et fugit iudas coram isrl et ligatus est amasias et minabatur ei mortem rex isrl nisi redderet ei ierusalem. Qua tradita interrupit ioas murum ierusalem a porta effraym que dicitur porta vallis usque ad portam anguli cccc cubitis et tulit aurum et argentum et vasa que inuenta sunt in domo domini et in thesauris regis et obsides reduxit in samariam. Et facta est super amasiam coniuratio in ierusalem. At ille fugit in lachis et miserunt post illum in lachis et interfecerunt eum et tulerunt illum in ierusalem et sepultus est in ciuitate dauid. Cumque vniuersus populus filium eius oziam vel azariam amias natum

urbi et constituerunt eum
regem. Incidentia scolastica
Sub amasia latinus de-
scimus rex latinorum
filius auentinus et in
eo monte qui nunc pars urbis
est mortuus et est sepultus
et nomen loco vocabulum dedit.
Porro mortuus est io-
as rex De ieroboam
israel et rege israel et amos
sepultus in samaria et re-
gnauit ieroboam filius e-
ius pro eo anno xv° amasie
regis iuda et regnauit in israel
xl uno anno et ambulauit
in viis ieroboam. Iste terminos
israel qui ab introitu emath
que est anthiochia usque ad
mare solitudinis quod est
mare mortuum iuxta verbum domini
quod locutus est per seruum suum io-
nam prophetam qui erat de
geth que est in vel ophir
ad differentiam geth que est
in palestina et est nomen
regionis. Ophel enim est no-
men turris nebulose que
que non longe erat a templo.
Hanc vastationem syrie per ie-
roboam factam non legimus
in iona sed per comminationem
euersionis qua predicauit et
scripsit. Dicit iosephus enim prophetam
dixisse ei quod breuissimo tempore
asie perderent principatum
hoc quod per ieroboam inchoatum
est. sed postea consummatum est
quando monarchia assyriorum
translata est ad medos. Hac
felicitate ieroboam elatus
fecit malum coram domino et
missus est amos thecuites
propheta de pastoribus ubi
pascebat ad regem in sama-
riam ut prediceret euersionem
domus ieroboam et calami-
tatem ipsi dicens. Hec dicit
dominus. Consurgam aduer-
sus domum ieroboam in gla-
dio et rursum venit finis
super populum meum israel. Cum
enim significasset amasias sa-
cerdos bethel ieroboam
regi israel ex mandato regis
prohibuit amos ne ultra
prophetaret in regno x
tribuum. Cum autem amos
nollet cessare dicens se
non esse prophetam sed pasto-
rem missum a domino fre-
quenter afflixit eum amasias
plagis. Tandem filius su-
us ozias fregit eum in te-
pore vecte per tempora
transfixit et semiuiuus rela-
tus in terram suam ibi mor-
tuus est et sepultus. Et mor-
tuus est ieroboam et regna-
uit pro eo filius eius zacha-
rias. De ozia rege iuda
Anno xxvii ieroboa-
regis israel regnauit
ozias in ierusalem l duo-
bus annis. Ieronimus tamen
super ozee dicit eum cepisse
regnare anno xvii° ierobo-
am. Et fecit quod placitum
erat coram domino. Verumta-
men excelsa non abstulit.
Qui cum hostes debellasset
et ammonitas fecisset sibi
tributarios reedificauit
muros ierusalem quos destru-
xerat ioas rex israel. Erat
precipue cultor terre et cura
gebat circa plantationes et
semina fructuum diuersorum. Cum
que ditatus esset substantia
mortali conatus demum im-
mortalem agere visus est
nam in festiuitate propiciati-
onis indutus stola pontificali

Incidencia

de ieroboam rege israel et amos

de ozia

intravit in templum ut in-
censum poneret pontifice
Azaria cum lxxx sacerdotibus eum
prohibente. Et factus est terrem-
otus et claritas solis valde
effulsit et incidit in faciem
regis et percussus est lepra in
facie. Ante civitatem vero scissa
est media pars montis ad
occidentem et devoluta ita
ut vias clauderet et regi-
os ortos opprimeret. Et habi-
tavit seorsum urbem pri-
vata vata degens vita. Ioathan
vero filius eius gubernabat
palatium et iudicabat populum
terre. Et mortuus est Ozias
et sepultus in civitate David.
Iosephus tamen dicit eum
de regibus solum sepultum in
ortis. Et regnavit pro eo filius
eius Ioatham. Sub Ozia
rege Iuda et sub Ieroboa-
m rege Israel cepit prophetare Ysa-
ias de quo plenius post dice-
tur et Osee de tribu Ysa-
char ortus in Bethleemoth.
Prophetavit autem contra decem
tribus pauca de duabus
loquens et pronunciavit hy-
storialiter Iudeos in ultimo tempore
ad Christum reddituros. Tercium
quoque dominice resurrectionis
diem predixit. Hic ut ait
Ieronimus pronuncians dedit si-
gnum veniet dominus in terra
sicut quercus que est in Sy-
lo et cetera. Quod non legitur
in scriptura eius secundum editionem
nostram forte quod Ieronimus dixit
signum hoc Epiphanius di-
xit prodigium dicens Veniet
dominus in terra sicut quercus

que est in Sylo que semetipsam
in xii partes fuit parti-
ta et facte fuerunt xii ea tot
id quercus hic in terra sua se-
pultus plantata quiete dor-
mivit. Sub eisdem quoque pro-
phetavit Ioel de tribu Ru-
ben natus in agro Bethoron
qui despexit terram duarum tri-
buum eruca bruco locusta
rubigine vastandam. Pre-
dixit quoque effusionem spi-
ritus sancti futuram super ser-
vos dei et ancillas quod factum
est die pentecostes. Et hic
in Bethoron in pace mor-
tuus est et sepultus sub eisdem
regibus. Prophetavit Abdias
ut quidam tradunt. Sed se-
cundum Hebreos verius est
quod ante eos prophetavit. Ita
mortuus est ante Helyseum
uxor eius cuius relicta per
consilium Helysei liberata est
a creditoribus oleo superha-
bundante. Fuit autem de terra
Sichem de agro Bethemor.
Quinquagenarius enim tercius
ille cui pepercit Helyas i re-
licto obsequio regis Helye
discipulus factus est eius se-
pulcrum usque hodie cum mau-
soleo Helysei et Iohannis
baptiste veneratione habetur.
Sub Ieroboam rege Israel pro-
phetavit Ionas filius vidue
Sareptane qui puer redditus
in minore tempore famis assump-
ta matre Genesar incola factus
est. Ira et erubescebat esse
in terra sua dicens. Sic auf-
feretur obprobrium meum
es. quod prophetavi contra Ni-
nive mendax inventus

sium. Ozini tunc sacta fame re-
dijt in terram iuda et defunc-
ta est mater eius et sepelli-
uit eam in vno balsamo vel libe-
che perdidit signum euersionis
vrbium quod tunc viderunt lapidem
luctuose clamantem quod sit
finis et tunc viderunt in vrbem
gentes vniuersas tunc tota il-
la ciuitas irrecuperabiliter
euerteretur. Mortuus est et
sepultus in spelunca vnius
iudei ipse cuius sepultura mo-
onstratur in vna vrbium
geth in vitulo in monte sepulchro.

Fundencia

Sub ozia Inuidencia
rege iuda quarta translata
ta est monarchia as-
siriorum. Nam sarda-
na paulus vltimus monar-
chus victus ab arbace me-
do semetipsum concremauit
et tunc arbaces monarchi-
am ad medos transtulit. In pe-
no duo re hoc cum fecit dari-
us (?) balthazar effue-
runt tamen reges assirij
si non adeo monarchi tamen
potentes vsque ad euersionem
niniue quia prestauit na-
vim. Eo tempore primus rex lati-
norum silnius procas post quem
xv. rex latinorum silnius
amulius. De zacharia et sel-
lum et manahem

De zacharia et sellum et manahem

Anno
xxxviij ozie regis
iude regnauit zacha-
rias filius ieroboam
super ipsos vj. mensibus. Et ini-
quitatem malum coram domino sicut
patres eius et percussit eum pa-
lam sellum filius iabelis
et regnauit pro eo. Et tunc
latinum est regnum de eo

mo ihesu in quartam genera-
tionem vbi iam dominus. Et regna-
uit sellum vno mense in
samaria. Nam manahem fi-
lius gaddi de tersa percussit
eum in samaria et regna-
uit pro eo. Et percussit tersam
et terminos eius eo quod conci-
ues eius noluerant ei aperi-
re. Anno xxxix^o ozie regis
iude regnauit manahem
super ipsum annis x. et ambu-
lauit in vijs ieroboam. In di-
ebus eius ascendit phul
rex assiriorum in terram et
dedit ei manahem quinquagenta ta-
lenta mille talenta argen-
ti vt recederet ab eo et etiam
esset ei in auxilium. Imposuit-
que manahem l. syclos ar-
genti a potentibus et diuitibus
terre per singulos. Sicut hec nume-
ra tradunt hebrei misisse
manahem vitulos aureos
qui erant in dan et bethel
sed non veros. Sacerdotes cum
dolo substulerunt aureos vi-
tulos et absconderunt eos et
fecerunt ereos deauratos si-
miles illis quos misit ma-
nahem regi assiriorum. Qua
fraude postea percepta reges
assiriorum plurimum grassa-
runt contra ipsos. Et mor-
tuus est manahem et reg-
nauit pro eo filius eius
phaceia anno l. ozie re-
gis iude et regnauit duobus
annis in ipsos. Nam phacee
filius romelie tyliarchus
eius interfecit eum in samaria
in quoniam (?) tunc li. prime et reg-
nauit pro eo anno lij^o ozie re-
gis iude et regnauit xx.
annis in israhel. De inicio
captiuitatis x tribuum

De inicio captiuitatis x tribuum

de ioatham

In diebus phacee theglat
phalasar rex assur as
cendit in isrl. Et est am
biguum an iste fuerit ph
ul vel alius et vastavit
omnem regionem trans
iordanem et captivas du
xit duas tribus et dimidi
am. Vastavit quoque galileam
de tribu zabulon et nepta
lim multos transtulit secum
in assyrios qui possent di
midie tribui comparari. Unde
sepe legitur quod tres tribus isrl
captivaverat et hoc fuit i
nitium x tribuum. Porro osee
filius hela interfecit phacee
regem isrl et regnavit pro

Anno secundo eo. De io
phacee regis atham
isrl regnavit ioatha
filius ozie in ierlm xxv an
norum erat cum regnare cepis
set et xvi annis regnavit.
Nomen matris eius ierus
sa filia sadoch et fecit bonum
coram domino. Verumtamen ex
celsa non abstulit. Ipse edifi
cavit portam domus domini
sublimissimam quam quidam
putant turrim gregis. Hec e
st in actibus apostolorum specio
sa dicitur ab hebreis porta
ioatham. Hec sola reman
sit in eversione facta per
chaldeos. Hic devicit am
monitas et imposuit eis
annuum tributum talenta
argenti c et tritici x chor
os et totidem ordei. In diebus
huius rasin rex syrie et pha
cee rex israhel ceperunt
infestare regnum iuda. Sub
ioatham conversus est propheta
naum delselcesi de tribu sy
meon contra niniven predi
centes. Hoc dicit dominus ad
niniven. Confirmabo te et ne
quaquam progredientes de te
imparabunt mundo. Primus
super naum dicit helodotum
dixisse subversam niniven
a rege medorum tempore iosie. De
eversione quoque finali ni
nive predixit naum que
facta est in hunc modum. Pau
lus qui custodiebat eam semper
inundavit eam facto prius
terremotu et igne de subli
mi emisso. De qua inunda
tione videtur scripsisse in libro
suo ibi Inundans non faciet
innocentem dominus. In tempe
state et turbine vie eius.
Tamen secundum aliam litteram le
gitur ibi Emundans non faciet
innocentem. Tamen librum
suum scripsit post captivitatem
decem tribuum sub ezechia
cum vastaret ab assyriis
terra iuda in qua plenius
prophetavit destructionem assyriorum
in consolatione gentis sue. Ea
dem mortuus est in terra sy
ra in pace et sepultus est. Sub
ioatham vidit ysaias dominum
sedentem et seraphim
mundavit labia eius. Sub
eodem conversus est propheta
micheas. Et mortuus est
ioatham rex iuda et sepultus
in civitate david et regnavit
pro eo achas filius eius. fini

Sub ioatham cadentia
olimpiades prima ab he
liensibus constituta
remus et romulus generantur
Anno xx marte et ilia
Anno xvii regis De Achaz
israhel regnavit achas

in ierusalem rex armorum erat cum
regnare cepisset et xvi an-
nis regnavit. Et ambulavit
in via regum israel. Tamen et
unum de filiis suis conse-
cravit ydolo traiciens eum
per ignem complectum in valle
beennon iuxta acheldemach.
Fuit autem quidam filius en-
non cuius vallis illa erat
et ideo dicta est vallis been-
non id est filii ennon. Tunc
ascendit rasin rex syrie et
phacee rex israel in ierusalem et
obsederunt eam. Primo ut ait
Josephus. Et congressus cum
eis achaz victus est et occi-
sus est zacharias filius fi-
lius eius et multa milia ci-
es et captus est princeps mi-
licie eius diecham. Cumque
rediret victor rex israhel
in samariam cum magna mul-
titudine captivorum occurrit
ei quidam propheta Odias vel
Ober dicens eos non vicisse
viribus viribus propriis sed prop-
ter iram dei contra achaz. Argu-
ens eos quod contribules suos
traherent captivos quos nisi
remitterent paratus erat eis
repentinus interitus. Tunc
ad consilium barachie qui
magnus erat in israel rex israel
exhibuit captivis magnam
hospitalitatem et liberos re-
misit ad propria. Secundo iterum ob-
sederunt ierusalem rex syrie et
rex israel. Cumque timeret achaz
nimis confortavit eum ysa-
ias dicens. Ne timeas ab
hiis duabus caudis ticionum
fumigancium. Sed non credi-
dit ei achaz nec voluit sig-
num querere a domino. Et mi-
sit nuncios ad regem assyri-

orum teglatphalasar dicens.
Servus tuus sum ego. Ascen-
de et salvum me fac de ma-
nu regis syrie et regis israhel.
Et intravit rex assyriorum
syriam et vastabat eam et ideo re-
diit rasin in damascum re-
gem autem assyriorum cepit
damascum et interfecit rasin
et damascenos transtulit in
cyrenen que est versus ethi-
opiam. Est enim alia cyre-
ne in affrica. Et occurrit
ei achaz rex iuda cum mune-
ribus in damascum. Cumque
vidisset altare damasci mi-
sit ad uriam sacerdotem in
ierusalem exemplar eius ut con-
strueret ei consimile. Quo
facto cum rediisset altare e-
neum transtulit a facie templi
ad aquilonem et super altare
novum obtulit holocausta
et pacifica. De altari vero
eneo ut quidam tradunt fe-
cit id est horologium formo-
sum de quo post ea dicetur.
Et precepit sacerdotibus ut de
cetero super altare novum of-
ferrent. Et deposuit achaz
luteres et mare eneum
super pavimentum ut eis vulg-
us uteretur. Musach quoque sab-
bati et ingressum regis re-
clusit in templum domini
ut cum templo ea prophanaret
ut sic placeret regi assyriorum.
Erat autem musach gazophila-
cium regum sicut corbanan
sacerdotum. Ingressum vero
regis quidam dicunt locum
in quo rex adorabat vel por-
tam per quam ascendebat adoran-
dum que omnia obturavit
achaz sicut et clauserat templum
ne intrarent sacerdotes. Huius
tempore vidit ysaias onus babi-

Incidencia

de captiuitate x tribuum

lonis alia x nidit sub eze
chia Et mortuus est achaz
et sepultus in ciuitate dauid
et regnauit pro eo filius
eius ezechias Incidentia

Sub achaz roma condita
est in monte pallati
no xi° kl. mai a
gemellis remo et romulo
Anno ab urbe condita tercio
remus rastro pastorali occi
sus est a phabio duce ro
muli Consularibus ludis
sabine rapte sunt et pulcerri
ma virginum talamo in imper
te data est duci romuli Vn
de quia bene cessarent illi
et locus nuptiarum quod inde dic
tus est thalamus De captiuita
te decem tribuum

Anno xii° achaz
regis iuda regnauit
osee super israhel
ix annis fecitque malum coram
domino sed non sicut patres sui
Tradit enim dedisse licenciam
israhelitis ut ascenderent
in ierusalem ter in anno Contra
hunc ascendit salmanasar
rex assyriorum et factus est ei
osee tributarius Cumque de
prehendisset rex assyriorum quod
osee rebellare intelligeret
per susac regem egypti cui
munera miserat obsedit e
um et vinctum misit in car
cerem in niniue et obsedit
samariam tribus annis et ce
pit eam anno ix osee et
vi° ezechie et israhel in assyri
os transtulit scilicet vii tribus
que remanserant et posuit
eos iuxta fluuium gozam vl
tra montes medorum et per
sarum In sexima captiuitate

tamen tribuum creditur capti
uatus esse fuisse tobias et
mansit in niniue vel forte
cum osee ductus est in niniue
Cuius hystoria consummata
est sub manasse filio ezech
ie sed nos eam tractabimus
post finem libri regum Por
ro rex assyriorum de diuersis
regionibus adduxit colo
nos in samariam pauciores
primo sed postea assaradon
plantauit terram et habitauerunt
in urbe eius Cumque essent
de quinque regionibus quinque ydo
la portauerunt in sama
riam quelibet regio suum et omnes
prius vocati sunt cutei a qui
busdam potioribus inter eos
qui venerant de regione
persida que dicta est cutha
a quadam flumine greci
vero dixerunt eos samaritas
qui in ewangelio dicuntur
samaritani hebrei enim vo
cauerunt eos saccubitas quasi
supplantatores israhelitas a fini
bus suis Cum autem venissent
in terram israhel misit dominus
in eos leones qui interficie
bant eos Et nunciatum est
regi assyriorum quod perierunt
coloni eius quia ignorabant
legittima dei terre et misit
ei unum de sacerdotibus israhel
et legem moysi in scriptam
libris antiquioribus Et habitabat
sacerdos in bethel et suscepe
runt circumcisionem et legittima
dei israhel quicumque tamen
deos suos in excelsis colebant
Vnde cumque hebreos dicunt se
propinquos cum bene erat hebre
is Cum vero male dicebant

nichil esse sibi cum ipsis. Obsig-
nuerunt autem decem tribus
de Juda post annos nonge-
tos xl vii ab exitu de egip-
to admissione vero regni
fluxerunt anni ccc xl et me-
ses vii et dies vii secundum
Josephum. Multi autem ex is-
rahel confugerunt in regnum
Juda multi absconderunt
se in abditis et latuerunt in
gentibus circumstantibus qui
post regressum regis assiriorum
redierunt ad propria et habitaue-
runt cum samaritis. De e-

ezechias

Anno tercio osee zechia
regis israhel regnat
ezechias in ierusalem xx-
v annorum erat cum regnare
cepisset et xxix annis re-
gnauit. Nomen matris eius
abisa de ierusalem filia zacha-
rie postumi filii zacharie
lapidati. Hic conuocatis
sacerdotibus et leuitis aperuit
templum primo anno et
primo mense regni sui et
vasa dei reparauit et insti-
tuit sacrificia intermissa. Ipse
de consilio sacerdotum fecit phas-
e secundo mense non tempore suo
quia non potuit populus primo
mense conuenire in ierusalem
nec sacerdotes purificati erant.
Cum tanta fuit multitudo
quod multi non purificati co-
mederunt pascha et tanta
copia victimarum quod in mul-
tis leuite suppleuerunt
officium sacerdotum. Et post
pascha solempnizauit a-
lios vii diebus. Hic dissipauit
excelsa et contriuit statuas
et lucos succidit et confre-
git serpentem eneum quem
fecerat moyses cui usque ad
illud tempus filii israhel adole-
bant incensum et puluerem
eius dispersit in torrentem
cedron et vocauit nomen
eius Noestam quod interpretatur
os eorum. Quia dicerent
dicebatur deus sed non erat. Et
cepit quoque filios israhel ut
redirent ad cultum dei. Quorum
quidam nuncios eius neglexe-
runt quidam quosdam in-
terfecerunt. Unde etiam postea
meruerunt captiuari. Percus-
sit quoque arcem assiriorum
ne fierent et ipse percussit
philisteos usque ad gazam
et omnes terminos eorum a tur-
re custodum usque ad ciuitatem
munitam id est presidia et
ciuitates eorum. Anno xiiii°
regni ezechie ascendit sen-
nacherib rex assiriorum in
terram Juda et cepit ciuita-
tes eorum. Et misit ad eum
ezechias in lachis dicens
Recede a me et quod in-
posueris michi feram et
indixit ei rex assiriorum
ccc talenta argenti et
xxx auri et iurauit quod
non noceret ei. Cumque non i-
uenisset ezechias tantam su-
mam pecunie in thezauris
domus domini et suis rece-
pit laminas auri quas
ipse affixerat in valuis
templi. Cumque misisset regi
assiriorum predictam pecuniam
irritum fecit sennacherib
iusiurandum et misit ad
obsidendum ierusalem tharthan
et rapsacem et castra me-

tati sunt iuxta aqueductum
piscine superioris que est in via
agri fullonis et abstulerunt
civibus aquam potationis pisci
ne. Cumque vocassent regem
ad colloquium noluit exi
re sed misit ad eos eliachim
pontificem, sobnam scriba
a commentariis et loquebatur
ad eos rapsaces hebraice. E
rat enim samaritanus ut quidam
voluerunt fuerunt qui dicerent
eum filium ysaie qui transfugi
erat ad syrios et susceperat
ritum gentium et factus
erat tiliarchus. Et ait. Hec
dicit magnus assyriorum ad
te Ezechia. Quo signo confidis
ut audeas rebellare. Si con
fidis in rege egyptio innite
ris baculo arundineo. Si
spem ponis in deo tuo. Num
quid dii gentium et ipsi libe
raverunt eos de manu mea.
Si spem ponis in populo tuo
dabo tibi duo milia equo
rum nec poteris apud te
invenire ascensores. Et ro
gabant nuncii rapsacem
ut loqueretur eis syriace et
non iudaice audiente populo
super murum. Tunc exclama
vit rapsaces etiam ad populum
Dicit magnus rex assyri
orum, facite mecum quod vobis
utile est ne comedatis ster
cora vestra et bibatis urinam
vestram. Egredimini ad me
et utimini bonis nostris do
nec veniam ad vos et transfe
ram vos in terram que est
similis vestre. Cumque retulis
sent nuncii comminationes
istas ad ezechiam scidit

vestimenta sua et opertus
est sacco et ingressus est do
mum domini et misit predictos
nuncios et senes de sacer
dotibus opertos saccis ad ysa
iam dicentes. Hec dicit eze
chias. Dies hic dies tribu
lationis mee est et increpa
tionis divine. Ora pro reli
quiis istis si forte deus au
diet blasphemiam rapsacis.
Et respondit ysaias. Hec dicit
dominus ezechie. Noli time
re. Ecce ego mittam regi
assyriorum spiritum et audiet nun
cium et revertetur in terram suam
et deiciam eum gladio in
terra sua. Et recessit rapsa
ces a ierusalem et invenit regem
assyriorum expugnantem sob
nam. Transivit autem rex ad
egyptum expugnandam ut
triumphans rediret ad ex
cidendum ierusalem. Cumque obse
disset pelusium audivit
tharacham regem ethyo
pie cum multo exercitu venire
in auxilium egyptiorum. Et
turbatus rex dixit thara
cham esse sacerdotem vul
cani et ideo non dimicaret
cum eo. Et rediit in iude
am et obsedit ierusalem. Ero
dotus tamen causam aliam
reditus sui tradit. Morante
namque rege egyptiorum ad
dii multitudo soricum una
nocte comedit cordas ar
cuum in castris eius et facti
sunt assyrii inermes et dixit
rapsacen remansisse cum exer
citu circa ierusalem et sennache
rib redisse ad eum de egypto

in Judeam verumptamen
ante reditum Sennache-
rib de egipto in Judeam
hec facta sunt que sequuntur

signis / anno / provexit

Quum egre *de signis tri-*
deretur *um annorum que*
Sennache *predixit ysayas*
rib iudeam iuit tunc reversus eg-
iptum misit ezechie litteras ter-
ribiles et comminacionis
plenas dicens quod deus ipsius non
posset eum liberare de ma-
nu sua. Tunc ascendit eze-
chias in domum domini et ex-
pandens litteras coram domino
oravit dicens Domine deus
ipse audi verba Sennache-
rib quibus exprobravit te
nobis salva nos obsecro
de manu ipsius. Tunc mi-
sit ezechias ysayas ad regem
ezechiam significans ei ver-
ba domini ad Senatherib in
hunc modum. Sprevit te Sen-
nacherib virgo filia syon
movebit caput post tergum
tuum tunc fugiens. Exprobra-
sti scilicet ipsum viribus tuis a-
stirpasti et uastasti iudeam
sed ex diebus antiquis ego
plasmavi illud. Et nunc
adduxi id est ego qui ab
eterno disposueram quod esses f-
lagellatorem peccantes quod
implevi. Ego auctor fui
tu minister. Ponam itaque circu-
lum in naribus tuis sicut
fit in bubalo et camum in
labiis tuis sicut fit equo
et reducam te in viam tu-
am. Tunc addidit verba sua
ysayas ad ezechiam dicens
Tibi autem ezechia hoc erit
signum liberacionis tue. Ter-

cio anno recedat a te Senna-
cherib non rediturus. Ergo at-
tendo tibi quid facies hoc an-
no et eciam secundo ut tu
videris impleta. Ysayas vero
esse quod predixi de tercio. Come-
de hoc anno quod reperi-
tur secundum ysaiam que spon-
te nascuntur vel secundum
lxx que prius severas. In-
minente messione irrue-
rant assirij et vastaverunt
segetes et vineas et oliva-
s quedam autem in singulas ex-
calcancio evaserunt. Unde di-
citur lxx comede que prius
severas eciam de conculcatis
quedam sponte ger-
minaverunt de quibus dicat
ysayas comede que sponte
nascuntur. Et cum preterisset adven-
tum Sennacherib congrega-
verunt sibi Judei cumque victua-
lia et reposuerunt in urbem de qui-
bus dicit liber regum comede
que reperies. Porro secundo an-
no comede que sponte nascun-
tur vel secundum ysaiam po-
mis vescere quod idem est. Se-
cundo anno dum moraretur
Sennacherib in egipto quia
defecerant eis predicta victua-
lia multiplicaverunt eis domino
habundante que sponte gignit
humus. Porro tercio anno fuga-
to anno serite seminate metite
et comedite. Et tunc de urbem
egredientur reliquie et quod
salvatum est de monte syon
quod reliquum est de domo
iuda mittet radicem deorsum
et faciet fructum sursum quod
per similitudinem loquitur arbor
loquitur que quanto profundius
figit radicem tanto copiosius

et altius faciet fructum. Et
est sensus: Multitudo populi
qui fugit de Iuda ante fa-
ciem hostium et recepit se
in Ierusalem ut salvaretur, fu-
gato hoste redibit in terram
suam et populabit eam. Hoc
audito gavisus est Ezech-
ias et de consilio Ysaie et
sapientum obturavit capi-
ta fontium contra urbem et
exitus aquarum in Iudea ne
redeuntes Assyrii invenirent
aquarum habundantiam. Tunc
obturavit Ezechias fontem
aquarum Gyon et avertit
eas subter occidentem urbis
David ut influerent piscinam
inferiorem Syloe quasi stagnum
in quo colligerentur aque et
reservarentur civibus in usum
obsidionis. Et secundum Epi-
phanium ad preces Ysaie re-
promissas egresse sunt aque
salse de fonte Syloe. Hoc
autem stagnum vocatur in e-
vangelio natatoria Syloe.

de fuga Sennache-
rib

De fuga Sennacherib a Ierusalem

Factum est autem
postquam rediit Senna-
cherib de Egypto et va-
stasset Iudeam, tandem
obsedit Ierusalem. Sed in eadem noc-
te angelus Domini percussit in
castris Assyriorum CLXXXV.
Et timens Sennacherib fu-
git cum x viris tantum, ut
aiunt Hebrei. Et reddiit in Nini-
ven. Cumque adoraret in templo
Nesrach deum suum, Adrama-
lech et Sarasar filii eius per-
cusserunt eum gladio et fu-
gerunt in Armeniam partem
Armenie campestrem et
uberem ad radicem montis

Aiunt Hebrei caput et barbam ei ra-
sam ab angelo in
ignominiam et im-
pletum esse id Ysaie:
In die illa radet
novacula conduc-
ta in rege Assyrio-
rum caput et bar-
bam

Tharati quia fluit Araxes,
et regnavit pro eo filius eius
Asaradon. Indignati enim
erant filii maiores in patrem
quod filium minorem natu prefe-
cerat eis in regem, eo quod ma-
gis diligeret matrem illius
quam uxorem. In hoc autem osten-
sus est Sennacherib nequi-
or populo quia patricidio
filiorum vindicatus est. Porro
Ierosolimite videntes stra-
gem hostium egressi sunt et
spoliaverunt castra. Spolia vero
mortuorum tollentes exus-
serunt corporis pullicem tantum
ignis divinus latens corporum
cadavera incineraverat.

de regressu
solis

De regressu solis propter

Ezechias autem post
inopinabilem et mira-
bilem triumphum, licet
secundum Josephum cum populo Deo
hostias immolasset, Viam et
~~animo elatus est~~. Non tamen
digne gratias egit. Nam et
animo elatus est et tantum
non cantavit sicut in hymnum di-
cere consueverant patres
et propterea egrotavit usque ad
mortem et venit ad eum
Ysaias et ait: Hec dicit Dominus:
Dispone domui tue quia
morieris tu et non vives.
Contristatus Ezechias eo quod
filium non haberet. Non quod domum
relinqueret desolatam sed
ne forte frustraretur in eo pro-
missio facta David de Christo.
Et conversus ad parietem
flevit amare forte ut se-
cretius oraret et ne astan-
tes lacrimas eius viderent

vel forte ad pariete͂ porticus
templi iuxta quia turbabatur
erat. et quia in porticum as
cendere non poterat adoran
dum saltem ad faciem eius
adorauit dicens Obsecro
domine memento quo modo
ambulauerim coram te in veri
tate et corde perfecto Et si nunc pe
cati parte non perdat aperit
te quod feci coram te. Por
ro antequam egrederetur Ysai
as mediam partem atrii
dixit ad eum dominus Reddi
et dic Ezechie Hec dicit do
minus deus dauid patris
tui Audiui orationem tuam
et uidi lacrimam tuam Ecce
sanaui te die tertio ascendes
in templum diebus tuis
addam xv. annos et de
manu assiriorum regis et de
reditum finies liberabo te
et urbem hanc propter me et
propter dauid seruum meum Hic
apparet quia manasses
non dum natus erat qui post
mortem patris cum regnare
cepisset xii. annorum erat. Et
ait Ezechias Quod erit sig
num quia dominus sanabit
me. Cui Ysaias Vis ut as
cendat umbra x. lineis in
horologio aut ut reuertatur
totidem gradibus Erat enim
hora decima et umbra g
nomonis descenderat per
x. lineas Dedit autem regi
electionem signi utrum uel
let quod sol staret et spacio x.
horarum inmobilis uel redi
ret ad oriente͂ et iterum redi
ret et inchoaret diem Quod
libet autem istorum fieret adde
rentur xv. annis dici debe

hore Huius sensui consonat
hebreus dicens Vis ut stet
umbra decem lineis an ut
reuertatur In ysaia quoque
de reditu solis tantum agit
et non de ascensu umbre. Ve
rumptamen super librum re
gum sic exponitur Vis ut
ascendat umbra x. lineis pro
cedente sole super terram per bo
reales plagas versus orien
tem sicut cottidie per noctem
semper sub terra procedere solet
Et sic compleat x. horis
statim redeat ad locum ubi
nunc est et perficiat diem istum
Et elegit rex ut rediret
sol ad orientem Si enim staret
tunc cui cause naturali posset
ascribi vel forte quia iam
alio tempore factum sit sub
iosue signum inauditum ele
git Et statim sol stans in
oriente reuersus est iterum
per x. lineas per quas iam de
scenderat Tunc fecit Ysaias
afferri massam ficuum et ca
taplasmauerunt super massam
ficuum carum et cataplasma
uerunt super vulnus Hebre
us magis proprie dicit super ul
cus eius Quidam suspica͂
tur fuisse apostema cuius
sanies in cutis superficiem
prouocatur speciebus ficis
contusis Porro aquila sy
machus et theodocius re
gium morbum fuisse dicunt
cui quoque dulcia uel simp
ta uel apposita contraria es
se putantur et ita potencia
monstrata est cum preter
noxias sanitas est restitu
ta. Et conualuit Ezechias
et tertia die ascendens

in templum ait. Ego dixi
domine id est dum egrota
rem penes me cogitavi In
dimidio dierum meorum va
dam ad portas inferi id est
non dum suscepta sobole quia
opportabilem descendam ad in
feros. Et dum hec cogitarem
quesivi a te residuum annorum
meorum ut prius me velles
patrem fieri quam anima privari.
Huic cantico ezechie premit
titur hoc titulum talem. O
ratio ezechie regis iude. Et
melius est ysaia scriptura
Ezechie regis iuda. Nam in
hoc cantico narravit tantum
que cogitaverat dum egrota
ret et non oravit in eo nisi
duobus versiculis tantum ibi
domine responde pro me et
in fine domine salvum me fac.

De morte ezechie

In illo De morte ezechie
tempore misit merodach
filius baladan rex babi
lonis litteras et munera ad
ezechiam potens ut eius
socius esset et amicus. Nam
eo tempore rex medorum et rex
babiloniorum recesserant a
monarchia assyriorum sub
assaradoch ne esset sub eo. Pre
cipua tamen causa legationis
huius traditur hec fuisse. Chal
dei vigebant in astrono
mia nec poterant invenire
secundum artem suam quare di
es in duplum protensa fuerat
et tandem audierant hoc
pro rege ierosolimorum esse
factum et miserunt ad eum
ut scitarentur ab eo veritatem.

Preterea chaldei adorabant
solem et miserunt regi mu
nera ut honorarent hominem
quem honoraverat deus eorum.
Et letatus est ezechias in ad
ventu eorum et iterum elatus est
in animo suo nec fuit in domo
sua nec in omni potestate sua
quod non ostenderet eis etiam domum
aromatum. Quam quidam
tradunt fuisse cellam aro
matum in templo domini. In
qua tamen inducere gentiles
nephas erat. Secundum epipha
nium domus erat longissima
quam fecit salomon in obla
descriptionem patris sui conti
nentem syon. et fecit occulti
additum compositionem longe a
civitate que deprehendi ab
omnibus populo nequeat. Plu
ribus quoque sacerdotibus igno
ta erat. Illicque posuit rex au
rum et aromata que adduc
ta erant de ethiopia. In ea
post sepulchra regum erant
sepulchra pontificum et post
remo sepulchra prophetarum.
Hoc secretum david et sa
lomonis ezechias gentibus
demonstravit et ossa patrum
contaminavit eorum presencia
prophanorum. et ab ipso die
sterilis factus est. Porro cum
abissent legati venit ysaias
ad regem et ait. Quid dixe
runt viri isti et unde vene
runt ad te. Cumque indicasset
ei quod quesierant. Dixit
ysaias hec dicit dominus. Ecce
dies venient et auferentur
in babylonem omnia que
sunt in domo tua et quod
absconderunt patres tui

Sed et de filiis tuis erunt eu-
nuchi in palacio regis babi-
lonis. Hoc impletum esse fa-
bulantur hebrei in daniele
et sociis suis qui cum ioachi-
m filio iosie capti sunt. Ez
verius credit eos eunuchos
fuisse non corpore sed mente.
Et dixit ezechias vnius e
bonus est sermo domini sit pax
et veritas in diebus meis. Et
dormivit ezechias cum pa-
tribus suis et celebrabant ob-
sequias eius universus iu-
da et sepelierunt eum super
sepultura filiorum david emi-
nentius sepulturam fecerunt
ceteris causa pietatis quam
coluit. Denique ipse eciam sic
commendatur in libro regum
non fuit similis ei neque an-
te eum neque post de cunctis regi-
bus iuda. Sed hoc exponitur
david quia non dum sub eo
erat regnum iuda. Et quod dicit
de iosia dicimus quod iosias
melior fuit eo sed ezechias
ei in hoc quia magnifica-
tus preclaris bellorum titulis
et tria miracula fecit do-
minus pro eo regressum solis
adiectionem annorum stragem
hostium per angelum. Et

…tia In diebus **Incidentia**
Ezechie siracusa et ca-
tina in sicilia condite
sunt. Romulus ccc milites
ex populo sumpsit quan comil-
levium Celeres qui sub sta-
tio rege sabinorum romulo
favebant quirites appellati.
Centum elegit senes quos
appellavit patres. Romu-
lus … aludem cap-

re nusquam comparuit
et suadente lucio quirini
nomine consecratus est. Post
romulum senes predicti sin-
guli per quinos dies rem pu-
blicam rexerunt per annum se-
re et dimidium. Quod reg-
num appellatum est inter tempus.
Tunc secundus a romulo re-
gnavit numa pompilius
qui predictos senes senato-
res appellavit. Hic primus
congiarium militibus dedit
id est imperialem largicionem
in sui promotione. Januari-
um et februarium anno
addidit. Fundamenta capi-
tolii iecit. Sibilla erithea
claruit. **De manasse et** — De manasse et obitu ysaie
Post eze **obitu ysaie**
chiam regnavit ma-
nasses filius eius
pro eo .xii. annorum erat
cum regnare cepisset et
l.v. annis regnavit in ierusalem
et fecit malum coram domino
et edificavit excelsa que
dissipaverat pater eius et e-
rexit aras baal et lucos
et construxit altaria milicie
celi in duobus atriis templi
et posuit ydolum luci in templo
domini et traduxit quedam
filium suum per ignem tophet.
Ariolos magos augures phi-
tones et aruspices multipli-
cavit et orare fecit iudam
in diis gencium. Cumque argu-
erent eum prophete missi a do-
mino nemini eorum parcebat. Sed
plateas ierusalem sanguine
prophetarum purpuravit. Insu-
per sanguinem aliorum innoxi-
um fudit multum nimis do-
nec impleretur ierusalem usque ad
os id est habundanter.

Ysaiam quoque aiunt in Manasse
secundum Hebreos uel affinem
suum electum contra Ierusalem iux-
ta piscinam Syloe serra lig-
nea per medium secari fecit.
Cum enim in principio secti-
onis angustiaretur, petiit
sibi dari aquam ut biberet,
et cum nollent ei dare,
dominus de sublimi misit a-
quam in os eius et respira-
uit. Nec tamen carnifices
destiterunt a sectione. Ob
hanc aque missionem con-
firmatum est nomen Syloe,
quod interpretatur missus. Nec
sepelierunt eum in sepulcro
prophetarum, sed sub quercu Ro-
gel iuxta transitum aquarum quas
fecerat Ezechias in memori-
am miraculi quod fecerat
deus in aquis illis ad pre-
ces Isaie. Tradit enim Epiph-
anius quod dum Sennacherib
rediret ab Egipto, premisit
exercitum ad obsidendam Ie-
rusalem, qui castra metatus
est circa piscinam Syloe, ut
aquis eius uteretur. Erat quippe
piscina quasi communis. Nam
et ciues ad eam ascendere
poterant et hostes. Orans
autem Ysaias obtinuit a do-
mino, ut cum egrediebantur
ciues, ibi erant aque sem-
per; cumque ascendebant hos-
tes, siccabantur aque pror-
sus, ita ut mirarentur
Assyrii unde esset aqua
in urbe. Porro in ingentem
memoriam huius facti

adhuc aqua Syloe non iugiter
sed in certis horis ebulliunt.
Cumque in ipsa persona ceci-
disset Sennacherib, facta est
strages supradicta in exercitu
eius. Instante uero memo-
riam. Ipsius prophete gloriose
sepelierunt in loco predicto,
ut etiam ossibus eius
mortem post indesinenter
aque huius beneficio potirentur.

De Manasse

Immisit ergo dominus aduersus
Manasse regem Babilo-
niorum, qui depopulatus
est Iudeam et Manasse
dolo captum traxit in Ba-
bilonem et pluribus affli-
xit tormentis. Et intelli-
gens Manasses hanc esse
manum domini egit penitentiam
et attente orauit dominum.
Et misertus dominus reduxit
eum in regnum suum. Cum-
que uenisset Ierusalem, de-
leuit idola lucos et aras
que fecerat, ita ut in memori-
am priorum nichil superesset.
Et restituit
cultum do-
mini sacer-
dotibus et po-
pulum id
ipsum agere
docuit
et sic ab
omni quasi a-

arcam domini in palatio
ciuitatis archam educta
de templo in diebus
Achaz pro idolis
in eo positis et fuit
in domo Sellum pa-
trui Ieremie patris
Ananeel, in quo dicitur
prophetasse, qui habitabat
in secunda usque ad Iosiam

tione mutatus est, ut non si-
ne grandi admiratione uitam
ageret beatam. Muros quoque
ciuitatis et turres et an-
temuralia multa muni-
tione firmauit. Et mortu-
us est Manasses et sepultus
in orto domus sue in orto

aza Et regnavit amon fi
lius eius pro eo **sibilla samia**
de sibilla
Hijs diebus manasse sibil
la erophila claruit in sa
mo vnde et samia dicta
est. Parthenii tarentum
condiderunt glaucus de chio
primus ferri glutinum intra
se excogitauit. Tercius ro
manorum rex tullius hostili
us hic primus regum romanorum
vim purpura et fascibus
usus est qui post longam
pacem ~~longa~~ bella repa
rauit Albanos negantes fide
nates mat et adiecto mon
te celio ampliauit vrbem
Tandem cum domo sua ful
mine conflagrauit. **De amon et Josia**
Post amon xx
duorum annorum erat cum
regnare cepisset et du
obus annis regnauit in ieru
salem tamen liber dicit xii
Qui fecit ma[lum] malum co
ram domino sicut pater suus
in iuuentute sua fecerat et
tetenderunt ei insidias serui
sui et interfecerunt eum in domo
sua. Plebs autem percussit e
os qui interfecerant regem
et sepelierunt eum ad patres suos
et statuerunt sibi regem iosia
filium eius pro eo viii annorum
erat cum regnare cepisset et
xxx et vno anno regnauit
in ierusalem et ambulauit per o
mnes vias dauid patris sui
nec declinauit ad dexteram
neque ad sinistram. Qui in quarto
anno regni sui qui erat ei
xvi etatis ut dicit Josephus
pietatem et iusticiam mira
bilem in se iam demonstra
bat. Nam ierusalem reuocabat
ab ydolatria et opera praua
velud senior emendabat.
Porro regni sui anno octa
uo omnem ciuitatem et prouin
ciam a cultu ydolorum pur
gauit ut nullum vestigium
ydolatrie superesset. Destrue
bat etiam domos ne quid
latens remaneret suspectum.
Et in unaquaque causa iusti
ciam tamquam anime sue
medicinam. Misit quoque in
totam prouinciam ut defer
rent ad reparationem templi
munera quisque pro sua voluntate
vnusquisque et preposuit huic
operi helchiam sacerdotem mag
num et amasiam qui erat
super ciuitatem et saphan scri
bam et facta est reparatio templi
fideliter et indilate. **De Je remia** de Jeremia
Anno xiii regni
iosie exorsus est propheta
re ieremias filius
helchie de sacerdotibus ana
thot in terra beniamin tercio
ab urbe miliario et prophetauit
usque ad euersionem vr
bis xl annis et vno fere. Pre
ter illud tempus quo in
egipto prophetauit in his annis.
Et cum puer esset dixit
ei dominus prophetam in gen
tibus dedi te. Cui cum dixis
set a a a domine deus nescio
loqui quia puer sum ego
misit dominus manum suam
et tetigit os eius et ait
Ecce dedi verba mea in ore tuo
Ex tunc licet esset adole
scens cepit prophetare et predi
care mane consurgens et
frequens stans in porta do

nius domini et malis templi. Et ostendit ei dominus signa euersionis ierusalem quam predicabat. Primo signo significauit ei auctorem illius euersionis domini. Vidit enim ei quasi furem vigilantem cui virga ut dampnificaret dormientes. Sic enim dominus vigilabat iam ad puniendum populum suum. Secundo signo ostendit ei dominus quo ministro ad hoc uteretur per ollam succensam a facie aquilonis et ait: Ab aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terre, id est a chaldeis qui iuxta situm ierusalem ab aquilone venerunt. Has duas visiones vidit sub iosia. De tercia incertum est. Verius tamen putatur sub aliis regibus vidisse eum, sicut et cetera que sequuntur. Tercia enim visione ostendit ei dominus causam euersionis, nec fuit hec visio ymaginaria sed corporalis. Precepit enim ei dominus ut tolleret lumbare suum et absconderet illud super eufraten et post multos dies de mandato domini reuertens inuenit illud putrefactum et nulli vsui aptum et ait dominus: Sicut adheret lumbare ad lumbos viri sic agglutinaui michi domum israel et domum iuda. Sed quia recesserunt a me per deos alienos fornicando quasi putrefiunt trans eufraten captiuitati. Reliqua ieremie suis locis tractabimus.

De inuentione deuteronomii libri.

Anno xviii anno regni iosie precepit iosias helchie ut residuum pecunie que oblata fuerat ad templi reparacionem conflaretur et fierent inde vasa ad ministerium domini. Cumque helchias omnia diligenter scrutaretur inuenit librum moysi in templo. Forte aperuit archam et inuenit deutronomium quem moyses reposuerat in ea et misit eum regi per manum saphan. Qui cum legisset coram rege scidit rex vestimenta sua. Audiuit enim maledictiones scriptas in transgressores legis et acerbas comminationes domini. Quod si sequerentur ydola eiceret eos de terra quam dederat eis sicut eiecerat amorreos a facie eorum et mirabatur quod adhuc essent in terra et verebatur imminere captiuitatem. Tunc precepit helchie et viris prudentibus ut consulerent dominum super se et super populum suum. Qui descenderunt ad oldam prophetissam uxorem sellum qui habitabat in ierusalem in secunda, id est in secundo ambitu muri quem fecerat ezechias, de qua dixit sophonias: et vlulate a secunda. Forte non inuenerunt ieremiam vel potius nullius momenti adhuc erat. Et vidit olda: Hec dicit dominus: Ecce adducam mala que scripta sunt in libro legis super locum hunc et habitatores eius quia irritauerunt me in cunctis operibus manuum suarum. Succendetur indignatio mea et

non contingeret. Regi autem
qui misit vos dicetis: Hec di
cit dominus: Pro eo quod audisti
verba voluminis et perterritum est
cor tuum et humiliatus es, disce
rentur hec mala nec fient
in diebus tuis et colligam te
ad patres tuos in pace. Quod non
est intelligendum de pace ipsius
regis, ipse enim occisus est a ph
araone, sed de pace populi, id
est, pugnam inferret populo
que comminata fuerant. His
igitur auditis mittens rex in
omnem provinciam congre
gavit omnem populum in Ierusalem
et stans super gradus legit cunc
tis audientibus omnia verba
libri et percussit fedus coram
domino et compulit omnes
sacramenta prestare ut leges
moysicas per omnia custodi
rent. Et delevit aruspices
et maleficos omnes et omnia
vestigia ydolatrie redegit
in pulverem et vestigia serpe
ntis enei que contriverat
ezechias. Unde hoc in prolo
go sophonie legitur Iosy
as contrivisse eum. Et con
taminavit excelsa et valle
topheth et ignem moloch
forte ossa mortuorum ubique
sparsit vel quelibet alia in
munda ut potius abhomina
bilis quam venerabilis locus
appareret. Equos quoque so
lis et currus quos deputave
rant reges inde in introitu
templi exedra nathan et
malech eunuchi penitus
destruxit et fecerant ibi iu
dei ydolum solis quasi puerum
imberbem quia nulla pa
titur senium, sed cottidie

renovatur fecerant et ei e
quos et currum putantes quod
in huiusmodi helyam sustulis
set. Et ascendens rex in beth
el super altare quod fecerat ie
roboam combussit ossa sacer
dotum et falsorum prophetarum
eruta de sepulcris excelsorum.
Intuitus vero urnam abdon prophete
cuius titulum cum legisset in
sepulcro precepit ne move
rent ossa eius nec etiam
illius cum quo sepultus erat. Id
ipsum fecit in urbe celsis sa
marie in urbibus manasse
et effraim et symeon usque
in neptalim ossa de tumu
lis excelsorum eruta super al
taria comburens et tam
ossa quam altaria in pulverem
redigens. Hoc predictum erat
de Iosya ante annos ccc.l.x.
et unum. Et reversus in Ierusalem
fecit phase convocatis ad eo
etiam filios israel qui captivi
tate assyriorum aliquo modo ef
fugerant vel etiam de captivi
tate aliquo casu redierant. Et tradi
tur excecis habuisse circiter ad
xi nathinneorum. Non est
factum phase tale a diebus
iudicum in paralippomenon legitur
a diebus samuelis prophete. Salo
monis vero idipsum in Iosepho
legitur. Potest ergo intelli
gi quod samuel fecerit phase
etsi in historia non legatur.
Ceteri autem iudices fecerunt
phase tertio est quam moi
ses et yosue iudices fuerunt.
Et factum est hoc phase in Ierusalem
xviii. anno regni Io
sie.

De morte Iosie

In diebus eius ascendit pharao

de morte Iosie

Nechao rex egypti contra regem
assyriorum. Audierat enim eum
iam debilitatum quia medi
et babilonii a monarchia eius
recesserant et estimabat quod
de facili posset obtinere syri-
am. Primo agressus erat regem
adremon qui regnabat tunc
in cartamis. Descendit ergo
Iosias in occursum eius pro-
hibens ne transitum faceret per iu-
deam. Et misit pharao ad
Iosiam dicens. Quid michi et tibi
rex iuda. Non adversum te ve-
nio adensitantem propere mi-
sit me deus ad medos. Si-
ne me ne deus qui mecum
est interficiat te. Et non adquie-
vit iosias sed cum rege adre-
mon componebat amicicie
dimicationem contra pha-
raonem et forte dum transi-
ret a curru in currum qui se-
quebatur eum more regio
occisus est a sagittariis in
campis magedon. Et plan-
xit eum inconsolabiliter adre-
mon rex cum obitu suo unde
dictum est illud. Erit planctus
sicut planctus adremon. Tra-
dunt ante corpus mortui arborem
et fontem occisus fuit quod
statim aruerunt. Et rela-
tus est in iherusalem et sepultus
in mausoleo patrum suorum
et planxit eum universus
iuda et iherusalem et maxime
Ieremias qui scripsit super eius
exequias trenos lamenta-
biles. Quomodo sedet sola civi-
tas ~~[illegible]~~ plena et cetera.
Quibus utebantur cantores
et cantatrices super exequias

Iosie et longis temporibus
in iuda super iosiam co-
plicabant quibus particula [illegible]
addidit idem ieremias a-
lias lamentaciones super ex-
cidio civitatis. Incidentia

In diebus iosie quartus
romanorum rex ancus
marcius numme nepos
ex filia. Aventinum
montem et ianiculum urbi
addidit super mare xvi° ab
urbe miliaris hostiam condi-
dit. Oraculo dodoneo tunc in
grecia usa est. Quintus roma-
norum rex tarquinius priscus
qui eciam romam edificavit
muros et cloacas et capito-
lium construxit ludos roma-
nos instituit. Arion cytha-
rista a delphino in thenaron
deportatus dicitur. De tribus filiis Iosie

Reliquit autem Iosias tres filios
eliachim qui et iecho-
niam iechonias primogeni-
tum xxv annorum medium
autem ioachaz qui et sellum
dictus est xx enim annorum
erat et tercium mathaniam ini-
tiorem viii annorum. Tulit
ergo populus terre medium filium
ioachaz et constituit eum re-
gem pro patre suo qui tribus
mensibus tantum regnavit in iherusalem.
Ita ut dicit Iosephus. Dein
cus rex egypti in iherusalem a-
movit eum et imposuit
multam terre c talenta ar-
genti et unum auri et consti-
tuit regem pro eo fratrem eius
primogenitum elyachim sibi
tributarium et mutato no-
mine vocavit eum ioachim
ut mutato nominis signum
esset subiectionis. Et du

serium ioachaz in dolo sub spe
honorandi eum in egip
to Nam cum venisset in reb
lata vinxit eum et liga
tum misit in carcerem in
egipto De ioachim etc
Pues ioachim xxv an
norum erat cum regnare
cepisset et xi annis re
gnavit in iherusalem et fecit
malum coram domino iuxta
omnia que fecerat patres eius
Cumque argueret eum urias
propheta comminatus est ei valde
Et fugit urias in egiptum
et misit post eum ioachim et
reduxit eum et morte turp
issima interfecit eum Anno
iiii° ioachim regni cepit
regnare in babilone Nabu
chodonosor qui victo rege
egipti tulit omnia que eius
fuerant a rivo egipti usque
ad flumen eufraten et tran
ens eufraten omnem syriam
usque ad pelusium cepit preter
iudeam Hoc anno iiii°
ioachim locutus est ieremias
ad omnem populum iuda et ad
cives iherusalem dicens A tercio
decimo anno regni iosie
locutus sum vobis verba domini
et hodie est xxiii et non au
distis me Propterea hec dicit
dominus Adducam servum meum
nabuchodonosor super terram
hanc et super omnes naciones
que in circuitu eius sunt et ser
vient servient regi babilonis
lxx annis Cumque impleti fu
erint anni lxx visitabo super re
gem babilonis et super terram
chaldeorum iniquitatem
eorum et ponam illam in solitu
dines sempiternas et mira
bantur quod tam audacter loqueretur

coram rege Nam in principio
regni ioachim cum stetisset in at
rio templi et dixisset Hec dicit
dominus Dabo domum hanc sic
sylo et urbem hanc dabo
in maledictionem Apprehende
runt eum sacerdotes et prophete
et omnis populus dicentes morte
moriatur Et ascenderunt
de domo regis principes iuda
et sederunt in porta domus
domini et accusabant ieremiam
sacerdotes et prophete Jeremias vero dixit
Misit me dominus ut prophetarem
rem adversus locum istum
Ecce in manibus vestris sum
facite quod rectum est in oculis ve
stris Et liberaverunt eum prin
cipes a manibus populi et ma
xime achia filius saphan
dicens quod micheas in diebus
ezechie similia predicasset et
nulli prophete in diebus retro
nec aliquid a regibus passi sunt
sed honorati Clauserunt tamen
principes ieremiam ne pub
lice predicaret Dixitque tunc
dominus ad ieremiam Tolle volu
men et scribe omnia verba que
locutus sum tibi adversus iu
dam et alias gentes a die
bus iosie usque ad diem hanc
Et vocavit ieremias baruth
filium nerie et scripsit bar
ruth ex ore ieremie omnes
sermones domini et dixit ad
eum ieremias Clausus sum
non valeo ingredi in domum
domini Ingredere ergo tu et le
ge que scripsisti in die ieiu
nii audiente populo et univer
sis qui venerunt de civitatibus
suis Et fecit baruth sicut
precepit ei Jeremias scribe

legens in domo domini. Fac
tum est autem in anno quinto
ioachim in nono mense p
dicaverunt ieiunium populo om
ni in ierusalem et universis qui con
fluxerant de Juda. Et legit
baruch sermones Jeremie in
introitu porte nove domus
domini. Cumque audisset ga
filius gamarie micheas as
cendit ad seniores et princip
es domus regis qui sedebant
in gazophilacio id est in do
mo scribe. Cumque nunciasset
eis que audierat advoca
verunt ad se baruch. Cumque
legisset omnia coram eis
obstupuerunt et dixerunt ei
Absconde tu et ieremias et
nemo sciat ubi sitis. Et in
gressi sunt ad regem qui sede
bat in domo hyemali mense
ix° et posita erat arula
coram eo plena prunis.
Cumque legisset Iudi filius
nathanie tres pagellas vel
quatuor scidit rex volumine
scalpello scribe et proiecit in
ignem donec consumaretur
quibusdam tamen contradi
centibus. Et precepit rex servis
suis ut comprehenderent bar
uch et ieremiam. Dominus
autem abscondit eos. Et dixit
iterum dominus ad Jeremiam. Re
be r rursum omnes sermo
nes quos combussit ioach
im et superaddes plures et
precipue ea que dicit dominus
contra ioachim. Non erit ex
eo qui sedeat super solium da
vid et cadaver eius proiciet
ad estum per diem et gelu per

noctem id est non plangent
eum ve frater ve soror idem
non plangent eum frater et
soror dicentes ve. Non con
trepabunt eum ei ne domine
et ne inclite. Sepultura a
sini sepelietur putrefactus
et proiectus extra portas ierusalem.

De nabuchodonosor et morte Joachim

Factum est autem in
anno viii° ioachim ipe
est tertio anno Nabu
chodonosor ascendit nabu
chodonosor in iudeam et de
predabatur eam. Rechabite
autem qui habitabant in tab
ernaculis seorsum ab homi
nibus timentes ascenderunt
in ierusalem ut salvarent animas
suas. Et dixit dominus ad Je
remiam vade et introduces
omnes rechabitas in unam ex
edram thesaurorum iuxta
domum domini. Et introduxit
eos in gazophilacium filiorum
ennon et posuit coram eis
cyphos et calices plenos
vini dicens. Bibite vinum
Cumque vero responderunt. Non
bibemus quia ionadab fi
lius rechab pater noster precepit
nobis dicens. Non bibetis vinum
vos et uxores vestre et filii
usque in sempiternum domum non
edificabitis ~~sem~~ Semen
tem non seretis vineas non
plantabitis in tabernaculis
habitabitis cunctis diebus ut
vivatis multis diebus super
terram in qua peregrinamini
Et tunc ait dominus ad Jerem
iam. Dic habitatoribus ierusalem.
Nunquid non accipietis discip
linam ut obediatis michi

rechabite patri suo applicata
inducam super vos mala que
locutus sum de stirpe vero
rechab non deficiet vir stans
in conspectu meo Porro cum
ascendisset nabuchodonosor
in ierusalem cepit ioachim et li
gavit eum et trahebat secum
in babilonem et nobiles cum
eo Sed in itinere vero imposuit ei
Nabuchodonosor tributum et re
misit eum in ierusalem sed obsi
des traxit secum pueros
de semine regio danielem
scilicet et tres pueros Et servivit
ei ioachim tribus annis Sed
cum audisset quod rex egipti
iterum pugnare vellet contra
Nabuchodonosor negavit ei tri
butum quod promiserat Et ascen
dens rex babilonis in ierusalem
sub iure federis intravit ea
sed cum intrasset fidem non serva
vit sed iuvenes fortissimos
quosque occidit una cum rege
ioachim quem etiam ante mu
ros insepultum proici iussit Et
quia fidem non servaverunt
ei hostes ideo forte liber re
gum vocat eos latrunculos
dicens Et inmisit dominus in
ioachim latrunculos chalde
orum et syrie in moab et a
mon ut disperderent eum iuxta
verbum domini Illa stigmata
sunt inventa in corpore occisi
tamen leyem id est nomen
ydoli quod colebat chodona
zer De iechonia rege

Et constituit nabuchodo
nosor filium eius regem
pro ioachim iechoniam qui
cum scilicet pater .x. et viii.
annorum erat ioachim cum re
gnare cepisset et tribus tantum
mensibus et .x. diebus regnavit
Nam cum recessisset nabucho
donosor timuit ne ioachim
memor necis patris adhe
reret egyptiis et pugnaret
adversus eum et ideo rediit
et obsedit ierusalem Sed ad vocem
ieremie egressus est ioachim
ad eum cum matre et cum omni
domo sua et principibus eius
Et suscepit eos rex babilonis
anno viii regni sui et tu
lit universa vasa aurea de
domo domini et thesauros
domus regie Et transtulit in ba
bilonem cum rege et matrem
eius de domo regia circiter
x. de principibus et viris ro
bustis .vii. artifices et inclu
sores mille in summa qui .x.
Inter quos erat mardocheus
proavus patrui hester et
ezechiel adhuc iuvenis de
genere sacerdotum Videtur
tamen velle Josephus quod ia
duos libros conscripserat de
futuro urbis excidio quos
reliquit in iudea Isti quia
sponte se tradiderunt proprie
dicti sunt transmigratio inde
Alii vero qui per violentiam
tracti sunt proprie dicti sunt cap
tivitas inde Ab hac transmi
gratione scilicet ab octavo anno
regni nabuchodonosor quidam
inchoant numerare lxx
annos captivitatis De Se de zedechia
Et constituit dechia
nabuchodonosor re
gem in ierusalem patruum
ioachim mathaniam ut
serviret ei sub tributo impo

sita religione dimisimri
di. Et mutato nomine voca
uit eum sedechiam vicesi
mo primo etatis anno a
gebat sedechias cum regna
re cepisset et xi annis re
gnauit in ierusalem et fecit
malum coram domino sicut
ioachim frater eius Et cum se
bus cogitans ut adhereret
regi egypciorum et non serua
ret ius iurandum regi babi
lonis decipiebant eum eciam
pseudo prophete dicentes in
proximo babilonios ven
turos ab egypciis Cumque
diceret ei ieremias ut spem
poneret in domino et non in
homine dixit ad eum dominus
Descende in domum figuli
et ibi audies verba mea et
descendit Et ipse figulus fa
ciebat opus super rotam
et dissipatum est vas in ma
nibus eius et conuersus
fecit de eodem luto alterum
vas sicut placuit in ocu
lis eius Et dixit dominus
ad ieremiam Dic domui
iuda Hec dicit dominus Num
quid sicut facit figulus po
tero facere vobis ut destru
am et dispergam vos et peni
tentes edificem et plantem
Factum est autem in anno q
uarto regni sedechie mi
serunt ad eum nuncios Rex
edom rex moab rex amon
Rex tyri rex sydonis pete
tes ut pariter federati vna
nimiter tributa negarent
regi babilonis Et dixit

dominus ad ieremiam Fac tibi
chathenas ligneas id est
retortas vel et pones vnam
in collo tuo et alias quinque
dabis in manus nunciorum
v regum coram sedechia
dicens Hec dicit dominus quinque
regibus et regi iuda Ego
feci terram et dedi eam cui pla
cuit in oculis meis Et
nunc dedi omnes terras istas
in manus nabuchodonosor
serui mei Gens autem et reg
num que non seruierit ei in gla
dio et fame et peste visita
bo super eos Vos Nolite au
dire verba prophetarum dicencium
vobis non seruietis regi ba
bilonis ne pereatis cum eis
Et cum complevisset iere
mias mandatum domini co
ram sedechia ananias prophe
ta de gabaon tulit chathe
nam de collo ieremie et
confregit eam dicens Hec
dicit dominus Sic confringam
iugum regis babilonis
de collo istarum gencium Post
duos annos dierum et refer
ri faciam omnia vasa do
mini et reducam omnem
transmigracionem inde ad
locum istum Et ait iere
mias Amen sic faciet dominus
quod dixit Ipsum vellem
ego si fieri posset Verump
tamen audi anania Non
misit te dominus et tu confidere
fecisti populum istum in menda
cio propterea morieris hoc anno
tu post duos menses dierum
Et mortuus est ananias
in anno illo mense vii°
Nam hic prophetat ieremias

in mense v°. Erit autem
sedechias ad mortem a
nanie misit nuncios in ba
bilonem cum tributo et mi
sit ieremias epistolam in ma
nibus nunciorum secreto ad
omnem transmigratorum iude
dicens. Hec dicit dominus edi
ficate domos et plantate
ortos ducite et habitate in
ipsis et querite pacem civi
tatis ad quam vos transmig
re feci et orate pro ea do
minum quia in pace illius erit
pax vestra. Non vos seducant
prophete qui in medio vestri sunt
qui promittunt vobis in bre
vi reditum vos quia cum ceper
int impleri in babilone
lxx. anni reducam vos ad
locum vestrum. Hec autem dicit do
minus ad achab filium culie
et ad sedechiam filium
maasie qui prophetavit vo
bis mendacium. Tradam
eos in manus regis babi
lonis et percutiet eos in oculis
vestris et assumetur ex eis
maledictio dicencium po
net te dominus sicut sedechiam
et sicut achab quos frixit
rex babilonis in igne pro
eo quod fecerunt stulticiam in
israel et mechati sunt in uxo
res amicorum suorum et locuti
sunt verbum in nomine quod non
mandavi eis. Hos duos
tradunt hebrei fuisse illos
duos senes quos per ea
dem dicitavit daniel. Nec
obest quod dicitur rex babi
lonis eos frixisse cum da
niel dicat eos lapidatos
Convinctos enim tradide
runt regi ad penam que no

mine ignis significata est.
Cumque redissent nuncii de
babilone ad regem attulerunt
litteras ex parte pseudo prophetarum
ad sacerdotes in ierusalem in hec ver
ba. Posuit dominus vos in domo sua
super omnem virum arreptitium et
prophetantem ut mittatis eum
in nervum et in carcerem et nunc
quare non increpatis ieremiam
qui scripsit vobis edificate do
mos quia non redibitis. Et
legit sophonias epistolam coram
sedechia in auribus ieremie.
Et ait ieremias. Hec dicit do
minus super eos quos transmig
re feci visitabo verbum bonum
ut reducam eos. Super vos autem
qui non estis egressi tradam eis
in mittam gladium et famem
et pestem et ponam vos quasi
ficus malas que comedi
non possunt. Vidit enim in domo
sigmum et ecce duo calathi
pleni ficis positi ante templum.
Et dixit dominus ad me. Quid
tu vides ieremia. Et dixi
ficus ficus bonas bonas
valde et malas malas val
de. Et ait dominus sicut ficus
hee bone sic cognoscam trans
migrationem quam emisi de
loco isto et reducam eos in
terram hanc. Et sicut ficus
pessime sic dabo sedechiam
et reliquos qui remanserunt
in urbe hac in vexacionem
et obprobrium omnibus
regibus terre. Et dixit ite
rum dominus ad ieremiam
Vade et accipe laguunculam
figuli testeam et duces te
cum de senioribus sacerdo
tum et de senioribus populi ad
vallem filiorum ennon que
est iuxta introitum porte fic-

tilis et contereas lacrimulas
in oculis eorum et dices hec
dicit dominus Sic conteram lo
cum istum et civitatem hanc
ut vocabitur non amplius
locus iste tophet et vallis fi
lii ennon sed vallis occisionis
Implebo eum cum cadaveri
bus eo quod non sit alius locus
ad sepeliendum Et venit
ieremias de tophet et stetit
in atrio domus domini Et di
xit ad omnem populum Hec dicit
dominus Ecce inducam super hanc
civitatem universa mala
que locutus sum adversus eam
Et indignatus phassur sacer
dos percussit ieremiam et misit
eum in nervum qui erat in
porta beniamin superiori
in domo domini Cumque illu
xisset in crastinum eduxit
phassur ieremiam de nervo
et dixit ad eum ieremias
Non phassur vocavit dominus
nomen tuum sed pavorem
undique Interpretatur enim phas
sur ut fassor oris nigredo
oris dicerent Non habebis oris
nigredinem id est potestatem
imperandi unquam sed pa
vebis undique captivus du
ceris in babilonem Et orat
ieremias ad dominum Domine deus
exercituum qui vides renes
et corda videam ultionem
eorum Tibi enim revelavi
causam meam

De prima obsidione ierusalem

De prima obsidione ierusalem

Puno in anno
quinto sedechie
ipse est quintus annus trans
migrationis ioachim op
pressus est ezechiel propheta
in babilone ad captivos Et
ostium accepiant epistolam
Ieremie cuius prophetiam sit et
danielis postea prosequemur
post excidium urbis et obitum
ieremie Anno in principio
anni noni sedechie nabu
chodonosor obsedit ierusalem quare
sedechias recessit ab eo tri
buto Et misit sedechias
ad ieremiam phassur et so
phoniam sacerdotes dicens
Interroga pro nobis dominum si for
te faciat nobiscum misericor
diam Et respondit Ieremias hec
dicit dominus dabo sedechiam
regem iuda et servos eius
et populum eius in manu na
buchodonosor regis babi
lonis et percutiet eos in ore
gladii et non flectetur neque
parcet neque miserebitur Et li
bere ambulabat ieremias
in medio populi cum clamaret
Pharao rex egipti egressus
est de egipto cum exercitu quo
solutus obsidione ierusalem
et recessit rex babilonis
a ierusalem in occursum eius
et fugavit eum in ore gla
dii et de syria eiecit eum
exire Cumque discessisset Na
buchodonosor a ierusalem il
luserunt pseudo prophete Ie
remie et decipiebant se
dechiam dicentes Non re
vertetur babylonem sed redi
bit transmigratio iuda ad vos
cum omnibus vasis domini Iere
mias autem contraria et
vera prophetabat hec dicens
Tradetur sedechias in ma
regis babilonis et loquetur
os eius cum ore ipsius et o
culi eius oculos eius vide
bunt Et in babilonem

ducat sedechiam. Impii vero
dicebant ieremiam a mente
excessisse. Porro ieremias exi-
uit extra ciuitatem ut egrederetur
ad anathot vicum suum qui
xx stadiis distabat a ierusalem.
Cumque venisset ad portam
beniamin custos porte iere-
rias apprehendit eum dicens
Ad chaldeos profugis quia abdu-
xit eum ad principes qui
cesum miserunt in carcerem
qui erat in domo ionathe
scribe. Et sedit ibi ieremias
multis diebus et venit ad
eum anameel filius sellum
patrui sui ad vestibulum car-
ceris et ait. Eme agrum
meum qui est in anathot.
Tibi enim competit hereditas
tamquam propinquiori. Et in-
tellexit ieremias quod verbum
domini esset. emit agrum
appendens x argenteos
et vii stateres et adhibuit
testes et scripsit librum pos-
sessionis signatum et stipu-
lationes et rata et signa
forinsecus et rescriptum libri
fecit apertum et in oculis ana-
meel et testium dedit libros
baruch dicens. Sume librum
emptionis hunc signatum
et librum hunc qui apertus est
et pone in vase fictili ut
permanere possint multis
diebus. Hec enim dicit dominus
Adhuc possidebuntur agri
et vinee in terra ista de qua
vos dicitis quia deserta erit.
Ecce ego congregabo eos de
universis terris ad quas eieci
eos et reducam eos ad locum
istum et habitabunt confidenter
et feriam eis pactum sempi-
ternum. De secunda obsidione ierusalem

Anno nono sede-
chie x° mense x° die
mensis luna xxii re-
dijt nabuzardan princeps
exercitus babilonis et princi-
pes nabuchodonosor cum eo
et clauserunt ierusalem et extru-
xerunt in circuitu eius muni-
tiones et clausa est civitas
xviii mensibus. Perterritus
itaque sedechias tulit iere-
miam de carcere et interrogavit
eum in domo sua secreto di-
cens. Putas ne est sermo
a domino quia redierunt chal-
dei. Qui ait in manu regis
babilonis traderis. Et obse-
cro mi domine rex ne mittas
me in carcerem ionathe ne
moriar ibi. Et precepit rex
ut traderetur in vestibulum
carceris et ut daretur ei torta
panis cottidie excepto pul-
mento donec consumerentur omnes
panes de civitate. Et stabat
ieremias in vestibulo carceris.
Qui remanserunt in civitate
fame aut gladio peribunt qui
confugerunt ad hostes quo-
dammodo mortem declina-
bunt. Et venerunt princi-
pes et seniores civitatis
ad regem dicentes. Rogamus
te ut moriatur homo iste
de industria enim dissoluit
manus virorum bellancium
et plane meretur. Cum dixit
Sedechias vinctus ducetur
in babilonem ezechiel enim
prophetavit in babilone dicens
sedechias non videbit babi-
lonem. Et dixit rex ad eos
Ecce ipse in manibus vestris est
nec enim phas est regem quic-
quam vobis negare. Tulerunt
ergo ieremiam et deposuerunt cum

funibus in lacum helchie in
quo non erat aqua sed lu-
tum ut morte ipsa suffocatus
periret. Et erat ieremias in luto
usque ad guttur quod ei ama-
rius omni morte. Tunc abdi-
melech ethiops vir eunu-
chus de domo regis secreto
dixit ad regem: Perperam fe-
cerunt viri isti omnibus. Rex
respondens ait: Tolle tecum
xxx viros et leva ieremiam
de lacu antequam moriatur. Et
assumptis viris tulit pannos
veteres de domo regis qui
computruerant et submisit
eos in lacum per funiculos et
dixit ad ieremiam: Pone pa-
nos veteres sub cubito ma-
nuum tuarum et super funes. Quo
facto eduxerunt eum de la-
cu et vocavit eum rex
secreto ad hostium tercium quod
erat in domo domini et ait:
Interrogo te ne abscondas
a me aliquid. Ieremias vero dixit:
Si consilium dedero tibi non
me audies; si annunciavero
tibi interficies me. Et iuravit
ei rex dicens: Vivit dominus
non interficiam te nec tradam
in manus virorum qui querunt
animam tuam. Et ait iere-
mias: Si exieris ad princip-
es babilonis salvus eris
tu et domus tua et civitas
hec non succendetur et tu
cum domo tua non effugies
manus eorum. Et ait rex:
faciam quod dicis sed timeo
contribules meos qui transfu-
gerunt ad chaldeos ne forte
accusent me et tradar in
manus eorum et illudant mihi.
Et ait ieremias: Non tradent.
Tunc rex inquid: Nullus sciat

verba hec. Sed si quesierint a
te quid locutus est tibi rex
dices: Prostravi me coram
rege ne reduceret me in car-
cerem. De fuga sedechie et
P[illegible]dene defece- capta urbe
runt victualia in civi-
tate ut mulieres come-
derunt parvulos suos ad
mensuram palmi sic legitur
in trenis. Capta est autem civi-
tas xi anno regni sedechie
iiii mense nono die mensis
secundum iosephum et librum regum.
Secundum ieremiam vero quinto die
capta est civitas circa media
nocte et sederunt principes ba-
bilonis in porta media. Affu-
git autem sedechias cum omni
domo sua nocte et principes
eius et amici circa per viam
orti regis et ingressi sunt
ad viam deserti. Cumque cum
nunciatum esset abimbedam
traditoribus principibus babilo-
nis persecuti sunt eum diluculo
et comprehenderunt eum in campis
solitudinis iericontine. Illu-
vos autem principum dispersi sunt
et recesserunt ab eo. Ipsum vero
vinctum cum reliquis transmiserunt
ad regem babilonis in reb-
lata. Rex vero locutus est cum eo iu-
dicium dicens eum ingratum fuis-
se propter abeo impium contra
munificum hostiliter egisse et
delerasse in deum. Et ait:
Magnus deus quod fuis tuam ne-
quiciam odio te tradidit michi.
Et occidit filios eius coram
eo et sarayam summum sacer-
dotem cum filio iosedech
refugavit. Et tradidit eunuchum
qui erat super viros bellatores
et sophar principem
exercitus qui probabat tyrones
et quinque viros de his qui ste

terant coram rege et tres de
ianitoribus templi et lx vi-
ros probatos de vulgo ut hy-
storia secundum Ieremiam. Oculos vero Sede-
chie effodit et catenis eum
vinxit ut adduceret in babilo-
nem et cum eo Iosedech et re-
dieranti qui dimicabant eos in
reblata ad godoliam in ierusalem. De

incendio templi

incendio templi et urbe etc.

Igitur in anno
xi° Sedechie mense quinto
x° die mensis ipse est an-
nus nonus x Nabuchodonosor
regis babilonis Nabuzar-
dan incendit domum domini
et domum regis et omnes domos
ierusalem et murum ierusalem per-
circuitum destruxit et tulit omnia
vasa domus domini et columpnas
et mare eneum et ligavit po-
pulum ut adduceret eum in babi-
lonem et isti dicuntur tertie
captivitatis iudei. Et tulit Iere-
miam de vestibulo carceris
de quo mandatum acceperat
a nabuchodonosor in hunc modum
Tolle illum et pone super eum
oculos tuos et ut volueris
facias ei. Et prefecit terre Godo-
liam filium Achiam ut preesset
pauperibus qui relicti erant et
agricolis et vinitoribus ut red-
derent singulis annis vectiga-
lia regi babilonis. Sedit autem
Nabuzardan in rama et tol-
lens de medio eorum Ieremiam
dixit ad eum: Veni mecum
in babilonem et honorabo
te. Quod si displicet tibi re-
cede. Omnis terra in conspectu tuo
est. Habita apud godoliam et quo-
cumque volueris vade. Et tradidit
ei Nabuzardan cibaria et
munuscula et dimisit eum.
Dimisit et recabitas libe-
ros abire permisit. Sedit itaque
Ieremias et Baruch notarius
eius in medio populi qui relic-
tus fuerat. Nabuzardan vero
abiit in babilonem trahens
secum captivitatem. Hic finis
regni iudeorum. Et reg-
natum est in eo secundum Iosephum
annis d et xiiii mensibus
vi et diebus x. Secundum librum
regum vero non plene computantur
et fuerunt in eo reges a Da-
vid xx et unus. Ab edifica-
tione vero templi fluxerunt
anni cccc et lxx et men-
ses vi et dies decem. Ab egres-
su autem populi de egypto anni
ch. et lxx et menses vi et
dies x. Affuerunt autem in tem-
plo per successionem xvi summi
sacerdotes a primo Sadoch quem
instituit Salomon usque ad
postremum Iosedech quem interfe-
cit rex babilonis. De morte De morte sedechie
Sedechie
Post hec Nabu-
chodonosor cum intras-
set babilonem cum trium-
pho victimas solempnes
immolavit diis suis et solemp-
nizavit cum omni populo vii die-
bus. Cumque recumberent
convivalati precepit rex ut ad-
duceretur Sedechias in medium
et aliqui de cantoribus templi
iudeorum qui psallerent in musicis
instrumentis coram convivan-
tibus et canerent hympnos
de canticis Syon. Bibebant
autem omnes in vasis domus
domini quorum quedam Nabuch-
odonosor consecravit ydolis
quedam vero reservavit. Cumque
dormirent psallentibus potius
clanculo precepit rex ut da-
retur Sedechie potus laxa-

trinos et tortum omnibus igne
miose bavatus est et in risio
redulsivit in tartarum. Et
nimio afflictus dolore. Post
paucos dies mortuus est.
Et audiens nabuchodonosor
causam mortis eius contra
hebreos eum decantare regio ho
nore sepelivit. In diebus
sedechie factum est convivium
regni medorum et coordinium
habuit quinta etas. Cuius an
no secundo facta est solis defec
tio qua tales millesimus pre

Incidencia

In diebus Azarie duravit
captivitatis Incidentia
iudeorum romanorum
sextus rex fuit servius no
bilis captive filius qui tres
montes urbi addidit quina
lem viminalem esquilinum
fossas circa muros duxit
censum romanorum civium
primus instituit. Tandem occi
sus est a tarquinio superbo pro
genero suo tarquinii filio. Eodem
tempore apud grecos vii sa
pientes sunt appellati. In hoc
loco dignum duximus interpo
nere contrarietates de collatione
annorum regum iuda et regum
israhel et determinationes earum
que nobis occurrerunt ut
tandem hystoriam expeditius
prosequamur. Determinatio

determinatio contrarietatum

In libro regum contrarietatum
emergunt contrarietates
de collatione annorum regum
iuda et regum israhel que
quidem determinari possunt. Si
vero non inveniuntur determina
tio vitio scriptorum credimus hoc
accidisse quia in propriis nominibus
et numeris sepe falluntur.
Roboam et Ieroboam simul
tamen regnaverunt annis x.

et vii. alter in iuda alter in israel.
Post roboam cepit regnare
filius eius Abia in ierusalem in
xviii° anno Ieroboam qui
xx duobus annis regnavit in
israhel. Et conregnavit Abia
Ieroboam tribus annis quod
sicut predictum est hoc
e duobus annis et aliqua par
te tertii qui erat xx Ieroboam
et in reliqua parte eiusdem
anni cepit regnare Asa fi
lius Abia et xl et uno anno
regnavit in ierusalem. Anno secundo
asa regnavit in israhel Nadab
filius Ieroboam duobus
annis id est uno anno et aliqua
parte anni secundi qui adhuc
erat tertius asa. Et successit ei
baasa et cepit regnare pro
eo in israhel anno tercio Asa et
regnavit xxiiii annis non
tamen plenis quia tunc reg
navisset usque ad xxvi Asa
sed non regnavit nisi
usque ad xxvi. Hela itaque
filius baasa cepit regnare
in israhel anno xxvi Asa et
duobus annis regnavit id
est uno anno et aliqua parte
secundi anni qui erat xx
vii Asa. In hoc eodem anno
zamri interfecit Hela et
regnavit pro eo vii diebus.
Quo mortuo divisus est
populus. Pars quedam seque
batur thebni altera amri.
Et prevaluit amri et regna
vit xii annis in israhel. Hic
notandum est quod contentio
de regno inter amri et the
bni duravit per tres annos et
ultra quia statim dicit scrip
tura quod amri cepit reg
nare xxxi anno regis Asa.
Qui enim mortuo zam
ri statim cepisset regnare

anni cum electus fuit Asa re-
gnare cepisset xxvii anno
vel viii° regni Asa. Scriptura ta-
men postea dicat scriptura Am-
ri cepisse regnare in hoc anno
sue elationis. Cum dicat filium
eius Achab cepisse regnare
xxxviii° anno regni Asa
qui cum xli annis regnavit,
Amri et inchoavit regnare
xxxi° anno Asa, et Asa non
nisi xl et uno anno regna-
vit, palam est quod Amri super-
vixit Asa plurimis annis. Que-
admodum ergo Achab succedens
patri inchoavit regnare xx-
xviii° anno regni Asa, quod
solum fit secundum computando scrip-
turam, dicat Amri cepisse re-
gnare xxxi primo anno Asa
intelligendum est quia tunc
solus et super totum Israel mor-
tuo Thebni cepit regnare.
Cum ante dicat regnasse eum
xii annis a xxvii° anno
Asa inmediate quo Israel eum ele-
git in regem. Quod tempus compte-
ditur usque ad xxxviii annum
regni Asa quo Achab regnare
inchoavit. Sequitur sine quod
scriptura consonat que nar-
rat Iosaphath filium Asa
regnare cepisse iiii° anno
regni Achab qui fuit ultimus
Asa xli scilicet primus. Porro
Iosaphath regnavit in Ierusalem
xxv annis. Cuius anno viii°
x° Ochozias filius Achab
cepit regnare in Israel et
duobus annis regnavit. Sed
quia filium non habuit, frater eius
Ioram successit in regnum et
cepit regnare Ioram in Israel
anno secundo Ioram filii Io-
saphath. Sed cum dicitur se-

anno xvii Iosaphath qui
et xxv annis regnavit. Och-
ozias cepit regnare et duo-
bus tantum annis regnavit. Quo-
rum Ioram frater eius anno secundo
Ioram filii Iosaphath et non
potius viii x° vel nono x°
anno Iosaphath regnare ce-
pit. Contra ea statim de sequenti-
bus subiungit scriptura quod viii°
x° anno Iosaphath Ioram
filius Achab regnavit. Hec
contrarietas sic solvi potest. Duo
anni quibus regnare dicitur
Ochozias illi sunt quibus
solus et incolumis antequam
per cancellos domus sue cor-
ruisset regnavit. Reliqui
vero viii vel x° quibus eo lan-
guente frater eius Ioram
administrationem regni agebat
non sibi sed fratri deputantur.
xvii i xviii x° anno regni
Iosaphath regnasse scribitur
Ioram qui tunc regni admini-
strationem pro fratre qui lan-
guebat suscepit. Scriptura
vero que dicit quod Ioram fi-
lius Achab anno ii° Ioram
filii Iosaphath regnavit, tempus
quo solus defuncto fratre reg-
nare cepit attendit. Sed di-
versis sane scriptis ystoria
collecta est tractatus libri
regum. Unde est quod alius
aliud et alius aliud secundum
rationum diversitatem initium
inchoationis regni regum
tam Iuda quam Israel assig-
navit. Ioram autem filius Achab
xii annis regnavit super
Israel. Illa ergo scriptura que
propterea dicit quod anno v° Ioram
filii Achab regis Israel
regnavit Ioram filius Io-

saphat regis Juda tempus
attendit qui pro fratre ad
huc vivente regnum admi-
nistrare cepit. Quando Joram
filius Josaphat xxx duorum
annorum erat cum regnare ce-
pisset et viii annis regnavit
in Ierusalem Anno xii Joram
filii Achab regnavit Ocho-
zias filius Joram regis Juda
xxx duorum annorum erat cum
regnare cepisset et viii an-
nis regnavit in Ierusalem. Qui-
dam mendosi codices habent
Joram filium Josaphat xx
duorum annorum esse cum reg-
nare cepisset quod stare non potest
Si enim xx duorum annorum
erat tantum cum regnare cepisset
et viii annis tantum regnavit
ergo tricenarius erat cum
mortuus est. Sed filius ei
succedens iam xx duorum an-
norum erat ergo quando eum ge-
nuit Joram viii annorum
erat quod est impossibile
Tamen Hebrei tradunt fi-
lium Josaphat xx annis
regnasse quod videtur contrarie
illi littere que dicit eum
xx duorum annorum esse cum
regnare cepisset Sed tamen
dicunt solos viii annos qui-
bus innocenter vixit ante-
quam fratres suos occidisset illi
in regnum computatos a scriptura
Mortuo Ochozia mater eius
Athalia vi annis regnavit
in Ierusalem. Eisdem vi annis
conregnavit ei Iehu qui
xxviii regnavit in Israel. An-
no vii Iehu cepit regnare
in Ierusalem Joas et xl annis

regnavit. Regnaverunt ergo
pariter Joas in Juda et Iehu
in Israel xx duobus
annis. Quibus finitis mor-
tuus est Iehu et successit
ei in regnum Ioachaz filius
eius inchoans regnare an-
no xxiii Joas regis Juda
x et vii annis regnavit
in Israel. Sed queritur si an-
no xxiii Joas Joachaz
cepit regnare et annis x
et vii regnavit cum Joas
tamen xl regnaverit. Palam
est quod usque ad xxxix vel po-
tius xl annum eius Joachaz
regnavit. Cum ergo in sequen-
tibus statim dicat scriptura quod
Ioas filius Ioachaz anno
xxxvii Joas regis Juda
regnare cepit forte senio
vivente patre simul cum patre
regnavit vel forte scriptorum
negligencia qui in numeris
sepe errant hec difficulta-
tem peperit. Anno ii Ioa-
Joas regis Israel regnavit
Amasias in Ierusalem xxix
annis Anno secundo Ioas quo
Amasias regnare cepit com-
meretur cognomine solus defunc-
to patre regnavit. Vixit autem
Amasias rex Juda postquam
mortuus est Ioas rex Israel
xxv annis. Et hic oritur
questio. Superius dictum est quod
Amasias anno ii Joas regis
Israel regnare inchoans xxix
annis regnavit. Joas autem
xvi annis regnavit. xv itaque
annis simul regnaverunt. Mor-
tuo itaque Joas soli xiiii anni
superfuerunt Amasie vel
ad plus xv. Forte errant

scriptor ponens xxv patre x
iiij. Vel forte amasias vi
uens desiit regnare et xv
vel xvi annis vixit diutius
quam regnavit. Secundo anno
xv amasie regnavit in israel
ieroboam xl et uno anno.
Simul itaque conregnavit a
masias in iuda ieroboam
in israel ad plus xv annis.
Tercio est sciendum quod scriptura sep
tima dicat quod anno xxvij° an
no ieroboam regnavit o
zias filius filius amasie
ierusalem forte xv annis in iuda
sine rege fuit quia ut dictum est
Amasias vivens regnum di
misit et ozias adhuc par
vulus regnare non poterat. Cum
mortuo patre eius xv esset an
norum et ieroboam in israel xx
vij regni sui inchoasset re
gnare cepit in ierusalem et lij
annis regnavit. Item anno
xxxviij° ozie regis iude
regnavit zacharias filius
ieroboam in israel vj mensibus.
Et hic oritur questio. Cum superius
dictum est quod anno xxvij° ie
roboam qui xl et uno anno
regnavit in israel ozias re
gnare cepit et lij duobus
annis regnavit, xiiij itaque
annis pariter regnaverunt
ozias et ieroboam. Cum ie
roboam quoque xl et uno anno
defuncto si statim zachari
as filius eius successisset in
regno non in xxxviij° sed
in xv anno regni ozie reg
re cepisset. Dicitur igitur regnum
israel xx ferme annis sine re
ge fuit vel potius per istos xx
tres annos zacharias filius
ieroboam regnavit. Cum in

illi quia pessimus vixit in
regnum non sunt computati. Se
li autem vj menses quos cor
rectus vixit in xxx
viij° anno ozie illi sunt com
putati. Item xxxix° anno
ozie sellum occiso zacharia
regnat uno mense in israel.
Et eodem anno manahem
occidit sellum et regnavit
in israel x annis. Anno l ozie
phacea filius manahem re
gnavit in israel duobus annis.
Anno lij ozie phacee fi
lius romelie phaceiam in
terfecit et regnavit in israel xx
annis. Anno ij phacee reg
navit ioatham in ierusalem et
xvj annis regnavit. xv ergo
annis ad minus simul regna
verunt ioatham in iuda
et phacee in israel. Et an
nus qui fuit ultimus ioa
tham fuit phacee xvij.
Et ita phacee regnavit post
ioatham tribus annis quibus
conregnat ei achaz filius
ioatham. Quod ergo legitur
quod osee interfecit phacee et
regnavit pro eo xx° anno
ioatham filii ozie ab illo
tempore regnavit ioatham
scriptura computat quamvis patre le
proso conregnavit. Ubi autem
legitur quod anno ij° phacee re
gnavit et quod xvj annis reg
navit ab illo tempore computat qui
solus mortuo patre regnat.
Item anno xij° achaz osee
osee regnavit in israel ix
annis. Si ergo phacee et achaz
tribus tantum annis conregna
verunt ut dictum est. Tunc anno
iiij° achaz occisus est phacee.
Et si osee occisor eius
non regnavit pro eo usque

ad xii. annum atque tunc
regnum israhel fuit viii an
nis sine rege. Atque predicte
contrarietates et alie si quas pre
termisimus de litteratura patent vel
per synodochen vel quia quidam
cum patribus regnaverunt
antequam soli regnarent vel
quia regna quoque sine rege fu
erunt. Prologus in librum thobie

Prologus thobie libri

Hystoria thobie con
cordans historie in cap
tivitate x. tribuum
qua fecit salma
nasar. quo vero tempo
re eam habuerit
non satis elucet. Vi
detur enim secundum literam hysto
rie thobiam vixisse post con
cremationem filiorum israel et incendi
um templi. Dicit enim in canti
co suo Ierusalem civitas dei ca
stigavit te dominus. benedic de
um seculorum ut reedificet in te
tabernaculum suum et revocet ad
te omnes captivos. Filiis dicebat
ante mortis sue tempus predice
ret filiis de reditu captivorum
ait. Terra deserta replebitur
et domus dei que in ea incen
sa est iterum reedificabitur. Si
vero attendamus terminum vite
thobie filii thobie fuit enim
terminus hystorie qui fuit termin
us vite. Non invenimus
descendisse hystoriam ad plus
ultra tempora Iosie. Ponamus enim
filium tempore captivitatis vi
anno ezechie et a anniculum
esse tunc xx et ix annis tantum
vixerit citra xx annum Iosie
mortuus est. Hanc hysto
riam transtulit Ieronimus
de sermone caldeorum in

latinum ad peticionem Croma
tii et eliodori episcoporum. Hanc
hystoriam iudei inter apocrifa
Ieronimus tamen in prologo suo
dicit inter agiographa. Et nos
si esset tunc esset in tercio or
dine canonis veteris testa
menti. Sed quia de nullo ordine
dicimus quia Ieronimus dif
fusius accipit agiographa ut
includeret et apocrifa. Et
quia vicina est lingwa cal
deorum hebraico sermoni utri
usque lingwe peritum loquacem
habens Ieronimus quidquid
ille hebraicis verbis expressit
latino sermone sermone expressit
sub brevi et quasi unius diei
labore. Liber thobie

lib. tho

Thobias ex tribu
et civitate neptalim fuit. Cum
ceteri ad vitulos au
reos quos fecerat Ierobo
am irent ipse ascendebat
in ierusalem ut adoraret deum
israhel. Qui primitias et decimas omnes
fideliter offerebat ita ut in
tercio anno proselitis et adve
nis omnem ministraret decima
tionem et in omnibus legem
dei puer observabat. Factus
autem vir accepit sibi uxo
rem annam de tribu sua et
suscepit ex ea filium nomine
suo vocavit thobiam. Cap
tivus quidem cum uxore et filio
habitavit in ninive et custo
divit animam suam ne con
taminaretur in cibis ge
tilium. Sed et contribules su
os non custodientes se a ci
bis cum arguebat. Et de
dit illi deus gratiam in oculis
salmanasar. Et ... dedit
illi potestatem quocumque vellet

ad captivos ire et ita eos
faceret quecumque voluisset. Cumque
deambularet per regiones
concaptivis dans monita
salutis devenit in rages
civitatem medorum et invenit
in ea quendam contribulem suum
gabelum egentem et reli-
quit ei sub cyrographo x talen-
ta argenti que habebat pro his
in quibus fuerat a rege ho-
noratus. Mortuo autem salma-
nasar cum filius eius Sen-
nacherib filios israhel ha-
beret exosos thobias conso-
labatur eos et egenis mini-
strabat. Cumque reversus
esset Sennacherib a iudea
fugiens plagam domini iratus
multos hebreorum fecit occi-
di quorum corpora thobias se-
peliebat. Quod cum nunciatum
esset regi tulit omnem
substanciam eius et eum iussit occidi.
Thobias vero cum uxore et filio
fugiens latuit quia multi
diligebant eum. Post xl-
quinque dies cum esset occisus
rex a filiis suis rediit tho-
bias in domum suam et restitu-
ta sunt ei ablata. Porro in qua-
dam die festo cum paratum esset pran-
dium apud thobiam dixit fi-
lio suo: Vade et adduc ali-
quos de tribu nostra timentes de-
um ut comedant nobiscum.
Cumque reversus nunciavit
unum ex hebreis iugulatum
iacere in platea. Et confestim
thobias adhuc ieiunus tu-
lit occulte corpus in domum
suam et comedit panem
in luctu et tremore et cum
sol occubuisset sepelivit
illud. Arguebant autem eum

proximi sui dicentes: Iam huius
rei causa interfici iussus es et
iterum sepellis mortuos. Sed
thobias magis timens deum
quam regem sepulture occiso-
rum spoliatis instabat. Contigit
autem ut quadam die fatigatus
a sepultura rediens domum
iactasset se iuxta parietem et
obdormivisset et ex nido hyru-
ndinum calida stercora ad o-
culos eius inciderunt et fac-
tus est cecus. Hoc autem permisit
deus fieri ad probationem eius et
ad exemplum pacientie in posteris.
Ita in omnibus benedixit deum
sicut beatus Job. Nam et proxi-
mos suos insultantes ei in-
crepabat dicens: Nolite ita
loqui filii enim sanctorum sumus
et vitam illam expectamus
quam deus daturus est fidelibus
suis. Anna vero uxor eius
ibat ad textrinum opus coti-
die et de labore manuum
suarum quod consequi poterat de-
ferebat. Unde factum est autem ut
edum accipiens detulisset
domum cuius balatum vir au-
diens ait: Videte ne furtivus
sit. Ad hoc irata uxor eius
respondit: Manifeste vana
facta est spes tua et elemo-
sine tue perierunt. Et inge-
muit thobias cum lacrimis
dicens: Et nunc domine secundum tua
voluntatem fac mecum et
precipe in pace recipi spiritum meum
et expedit enim michi ma-
gis mori quam vivere. Eadem
die contigit ut sara filia
raguel in civitate medorum
audiret improperium ab una
ancillarum suarum quia increpa-
bat dicente sibi: Interfectrix
virorum tuorum. Numquid occidere
me vis sicut occidisti. Un-

viros. Fuerat enim tradita
vii. viris et demonium no
mine asmodeus occidebat v
eos mox ut ingressi fuerant
ad eam. Ascendit ergo sara
in superius cubiculum domus
sue et tribus diebus et noc
tibus non manducans neque bibe
ns in oratione persistens aiebat
Peto domine deus patrum nostro
rum ut de vinculo inproperii
huius absolvas me aut certe
desuper terram eripias me. In
illo tempore exaudite sunt preces
amborum in conspectu dei et
missus est angelus raphael
ut curaret ambos. Igit
ur thobias putans se exau
ditum ut moreretur vocavit ad
filium suum. Audi fili mi verba
mea et ea in corde tuo quasi
fundamenta construe. Cum mo
riar sepellias me et hono
rem habebis matris tue omni
bus diebus. Mortuam sepelias
eam iuxta me. Semper in men
te habeto deum fili mi et ob
serva mandata eius. De sub
stantia tua fac elemosinas
quia elemosina ab omni pec
cato liberat et magna fi
ducia erit coram deo omnibus
facientibus eam. Attende fili
mi ab omni fornicatione
a qua sumpsit initium omnis
perditio. Consilium a sapiente
perquire. A peccatoribus decli
nantes. Mercenarii non ma
neat apud te. Noli timere
fili quia pauperem vitam
gerimus. habebis multa bona
si timueris deum. Preterea
scito quia dedi gabelo x
talenta argenti in rages
cuius cirographum penes me

habeo. Perquire ergo tibi
fidelem virum qui tecum
eat solita mercede sua ut
recipias a gabelo cyrographum
suum et ipse restituet tibi de
positum. Tunc egressus thobi
as invenit iuvenem stantem
tum et quasi ad iter paratum ig
norans quod angelus dei esset.
Cumque accepisset ab eo quod
omnem regionem medorum no
uisset et rages civitatem
et gabelum habitantem in ea
introduxit eum ad patrem
suum et salutavit eum iuve
nis dicens Gaudium sit tibi
semper. Cui ille. Quale gau
dium erit michi qui lumen
celi non video. Cui iuvenis
forti animo esto in proximo
est ut a deo cureris. Et ait
thobias Poteris perducere fi
lium meum ad gabelum. Cui
respondit. Ego ducam eum
et reducam ad te. Cumque que
reret thobias ab eo tribum
eius et domum et nomen
respondit. Ego filius israhel ego
sum azarias ananie mag
ni filius. quod totum secun
dum prestationem nominum erat
verum. Erat enim de ange
lis videntibus deum et erat
azarias id est adiutor et
filius ananie id est gratie.
Tunc paratis omnibus que e
rant opus in via ambula
uerunt ambo simul et canis
secutus est eos. Mater ante fle
bat dicens ad virum. Ba
culum senectutis nostre tuli
sti. Numquam esset pecunia
illa pro qua misisti eum. Suf
ficiebat nobis paupertas
nostra ut divitias computare
mus de hoc quod videbamus

filium nostrum. Et ait thobias
noli flere filius meus saluus
reuertetur ad nos. Credo enim
quod angelus dei bonus comi
tetur eum. Venit illi duo
prima mansione manse
runt iuxta fluuium tygrim
et exiuit thobias ut laua
ret pedes suos/ immanis
piscis egrediebatur ut deuoraret
eum. Et timens thobias
clamauit Domine inuadit
me. Et ait angelus Apprehen
de branchiam eius et trahe
eum ad te. Et extraxit eum in
sicco et palpitabat ante pe
des eius. Sensus huius loci
dicit beda quod dominum Christus
leuauit in terra pedes su
os qui ambulauerant super
terram aduenit dyabolus querens
si quid peccati inueniret in
eo. Unde pater transfer a me
calicem hunc. Tunc dixit
angelus ad thobiam Exen
tera piscem hunc et cor eius
et fel et iecur repone tibi
valent enim ad medicamenta.
Tunc thobias partem piscis
assauit et comederunt par
tem salsam secum tulit. Ce
terumque simul pergentes ait thobi
as azarie fratri quod remedium
habent que de pisce seruare
iussisti. Cui respondit particula
cordis super carbones posita fu
mo suo extricat omne genus
demoniorum a viro vel a muliere.
Nec super hoc mirari debes
cum fumus arboris ad
huste candam vim habere per
hibetur. Cumque quesisset tho
bias vbi maneret nocte illa
respondit angelus est hic ragu
el propinquus tuus huius filiam

vnicam que debet tibi in oi
bancia omnis. Et ait thobias
Audio quia tradita est vij vi
ris et mortui sunt a demone.
Et respondit angelus noli timere
Super petulantes et deum non
timentes potestatem demonium
habet. Tu autem cum acceperis eam
tribus diebus continebis ab ea et
de nocte vacabitis ambo ora
tionibus. Prima nocte incenso
iecore piscis partibus mire fu
gabitur demonium. Secunda noc
te in copulacione sanctorum
patriarcharum admitteris
id est orabitis deum ut impar
ticipium sanctitatis et pudici
cie patriarcharum ad imitati
uos. Tercia nocte benediccionem
consequeris ut filii ex vobis
procreentur sani et incolumes
Hanc benediccionem precabatur vel
sacerdos vel aliquis maior
vel eos vicem sacerdotis ge
rens. Quarta nocte accipi
es eam cum timore dei a
more filiorum magis quam libi
dine ductus ut in semine abra
he benediccionem in filiis consequaris
Tandem ingressi sunt ad ra
guelem. Cumque dixisset ragu
el vxori sue quam similis
esset iuuenis huic thobie
consobrino suo dixit ad e
um angelus hic est filius
illius. Et letatus est raguel
et instaurauit conuiuium.
Tunc ait thobias Non man
ducabo neque bibam nisi prius
peticionem meam confirmes
et promittas michi dare saram
filiam tuam. Quo audito expa
uit raguel. Et hesitanti de
responso dixit ei angelus Noli
timere dare eam sibi con
iugem. Huic enim debetur

et propterea alius non potuit ha
bere eam. Tunc ait raguel
Scio quia a deo venisti et e
xaudivit omnes preces et la
crimas meas ut coniungeretur
hec filia mea cognationi sue
secundum legem moysi. Et appre
hendens pater filie dexteram
tradidit eam dextere thobie
dicens. Deus patrum nostro-
rum sit vobiscum et coniungat
vos et impleat benedictionem
suam in vobis. Et fecerunt
conscriptionem coniugii et co
mederunt benedicentes deum.
Post cenam vero introduxer
runt iuvenem in cubiculum
virginis et protulit thobias
de cassidile suo vel sua par
tem iecoris et posuit super pru
nas. Tunc raphael apprehen
dit demonium et religavit
illud in deserto superioris egip
ti. Tunc thobias ait ad virginem
Sara deprecemur deum hodie
et cras et secundum cras. Quia
cum tribus noctibus iungimur
deo. iiii. nocte in nostro erimus
coniugio. Filii enim sanctorum
sumus nec possumus ita coniungi
sicut gentes que ignorant
deum. Et adoraverunt am
bo deum dicentes simul. Fa
cere nobis deus patrum
nostrorum misericordiam nobis et con
senescamus ambo pariter sani.
Circa ora pullorum cantum
fecit raguel parare sepulcrum
ut sepelirent prius quam illu
cesceret. et misit unam de an
cillis suis ad videndum si
iam obiisset. Que reversa nun
ciavit eos incolumes et

secum pariter dormientes.
Et laudaverunt omnes deum
et repleverunt servi foveam
quam fecerant prius quam luce
sceret. Et paraverunt solep
ne convivium omnibus vicinis
et amicis suis. Et adiuravit
raguel thobiam ut duas
ebdomadas maneret aput
eum et dedit ei mediam par
tem omnium que possidebat
faciens scripturam ut reliqua
pars que superesset post obitum
suum deveniret ad thobiam.
Tunc ait thobias ad ange
lum quem hominem estima
bat. Azaria frater nosti quam om
nis sit mora mea parentibus
meis obsecro ut eas ad ga
belum et reddes ei cirographum
suum et recipies ab eo pecu
niam et monebis eum veni
re ad nuptias. Tunc assu
mens raphael .iiii. de servis
raguelis et duos camelos
venit ad gabalem gabelum
et recepta pecunia duxit e
um secum ad nuptias. Et in
gressus gabelus invenit
eos discumbentes et benedix
it. Cumque omnes dixissent
amen. cum tristi domini
nuptiarum convivium celebrat.
Thobia vero cum thobias moram
faceret in nuptiis solicitus
erat pro eo pater eius quando ad
diem determinatum non redierat
Anna vero lacrimis irremedi
alibus abilibus flebat di
cens. Heu me fili mi. ut quid
te misimus peregrinari lumen
oculorum nostrorum baculum sene
ctutis nostre. Dixit autem eam con
solabatur eam. Thobia vero ragu

el dicebat ad generum suum
Mane hic et ego mittam nun
tium salutis tue ad patrem tuum
Cumque ille non adquiesce
ret dedit tradidit ei Saram
et dimidium substantie sue in pue
ris in puellis in pecudibus
in camelis in vaccis in pecu
nia multa Parentes vero
monuerunt filiam suam ho
norare soceros diligere maritum
regere familiam gubernare do
mum seipsam irreprehensibilem
exhibere Cumque reverterentur
pervenerunt ad Caram que est
in medio itinere et ait ange
lus ad Thobiam Precedamus
nos illo et sequantur nos
lento gradu uxor tua et
familia cum animalibus et tol
le tecum de felle et linies eos
oculos patris tui et reci
piet visum Porro Anna se
debat secus viam cottidie in
supercilio montis unde re
spicere poterat de longinquo
et cognoscens a longe ve
nientem filium cucurrit ad
virum suum dicens Ecce filius
tuus venit Canis quoque qui
simul fuerat in via precucur
rit et quasi nuntius blandimen
to caude gaudebat Et non
consurgens cecus data ma
nu puero processit obviam
filio suo et osculantes filium
fleverunt pre gaudio Cumque
adorassent deum consederunt
Tunc Thobias de felle pi
scis linivit oculos patris et
sustinuit quasi dimidiam horam
et cepit egredi albugo ex
oculis eius quasi membrana
ovi Quod apprehendens Tho
bias extraxit ab oculis eius

statimque visum recepit et
glorificabant omnes deum
Et ait Thobias Benedico
te domine Israhel qui castiga
sti me et sanasti me et ecce
video Thobiam filium meum
Ingressa est autem post dies
septem Sara uxor eius cum
omni substantia sua et pecunia
quam acceperat a Gabelo et
convenerunt contribules et
vicini ad Thobiam et congra
tulabantur ei per vii dies e
pulantes cum gaudio Cumque
narrasset Thobias patri suo per
ordinem bona que fecerat
ei angelus in via tulerunt
angelum ad partem roga
tes ut dignaretur dimidiam
partem omnium que attu
lerat acceptam habere Tunc
dixit eis angelus occulte
Benedicite deum celi et coram
omnibus viventibus confitemini
ei quia fecit nobiscum misericordiam
suam Etenim sacramentum
regis abscondere bonum est
opera autem dei revelare et
confiteri honorificum est Non
abscondam a vobis sermo
nem occultum Bona est ora
tio cum ieiunio et elemosina
Cum orabas et derelinquebas
prandium et abscondebas mor
tuos per diem et sepeliebas
per noctem ego obtuli ora
tionem tuam domino et quia
acceptus eras deo necesse fu
it ut temptatio probaret te
et misit me ut curarem te et
Saram uxorem filii tui a de
monio liberarem Ego enim
sum Raphael unus ex sep
tem [illegible] qui asta
mus ante deum. Qui cum
audissent trementes turbati

Augustinus dicit oracionem esse
aviculam duabus alis
tentam scilicet ieiunium
et elemosina et hac avi
cula cottidie volat
ad dominum [illegible] oracio mea

derunt in facies suas. Et ait
angelus: Pax vobis, nolite ti-
mere. Cum enim essem vobiscum
videbar vobis vobiscum man-
ducare et bibere, sed ego cibo in-
visibili et potu utor qui ab
hominibus videri non potest. Tempus
est ut revertar ad eum qui
me misit. Et hec dicens a
conspectu eorum ablatus est. Tunc
prostrati per horas tres in faciem
benedixerunt deum. Et surgentes
narraverunt omnia mirabilia
eius. Aperiens autem thobias senior
os suum benedixit deum et
dixit: Magnus es domine in eternum
qui flagellas et salvas, id
est deducis ad inferos et redu-
cis. Non est qui effugiat ma-
num tuam. Et hortatus est ut glo-
rificarent. Hierusalem et captivitas post
templum dei ut exemplo sui con-
verterentur ad dominum et fac-
erent iusticiam coram deo et cre-
derent quod cum eis faceret mi-
sericordiam. Et prophetavit de
iherusalem dicens: Omnes fines ter-
re adorabunt te. Nationes
ex longinquo ad te venient
et munera deferentes ado-
rabunt dominum in te. Ad mi-
sterium de tempore gracie domini
est. Ex hiis que sequuntur apparet
bit: Porte iherusalem ex saphiro
et smaragdo edificabuntur
et per vicos eius alleluia can-
tabitur. Erat autem thobias
lvi annorum quando lumen a-
misit, sexagenarius illud
recepit. Et postea vixit annis
xlii et vidit filios nepotum
suorum et complevit annos c
duos. Glosa tamen de misterio
videtur velle enim postquam
illuminatus est xl duobus
annis super vixisse deserens
vel ad labores abstinencie
duos vel ad dilectionem dei et pro-
ximi. Cumque videret sibi obi-
tum imminere vocavit filium
suum ad se et vii filios eius di-
xitque eis: Prope erit interitus
ninive. Video quia iniquitas
eius finem dabit ei. Non enim
excidet verbum dei et fratres
nostri qui dispersi sunt a terra israel
revertentur ad eam et re-
plebitur, et domus dei que
in ea incensa est iterum reedifi-
cabitur. Hoc tamen magis vide-
tur prophetali certitudine per verba
preteriti temporis predixisse quam
rem gestam narrasse. Adhuc
enim stabat iherusalem et templum
in ea. Cumque monuisset eos
de dilectione dei et timore
et elemosinis faciendis ut
ipsi eadem mandarent filiis
suis addidit: Vos autem noli-
te manere hic, sed quacumque
die sepelieritis matrem vestram
circa me in uno sepulcro ex
eo dirigite gressus vestros ut ex-
eatis hinc. Et mortuus est
thobias et post mortem uxoris
eius et abscessit thobias mi-
nor a ninive cum uxore
et filiis et nepotibus et reversus
sus est ad soceros suos et in-
venit eos in bona senectu-
te et curam eorum gessit et
clausit oculos eorum raguelis
scilicet et anne. Et notandum
quod in hystoria sacra scriptura quo-
que dicuntur. Anne mater
samuelis, uxor thobie, uxor
raguelis, anna vidua
Et anna prophetissa. Et mortuus
est thobias minor completis

anis dei nobis et sepelierunt
eum omnis cognatio Et sic
generatio eius in sancta conuersa
tione permansit. itaque ut ac
ceptus esset tam deo quam hominibus
Nunc ad hystoriam captiuita
tis ierusalem reuertemur et per
hystoriam inditus et hester
suis locis explicabimus. De

De morte Godolie

Factum est cum prefecisset rex
babilonis Godoliam re
liquiis terre iude uene
runt ad eum omnes qui eua
serant manus hostium et in
finitimas gentes latuerant
uel quibuscumque latibulis sal
uauerant animas suas m
ulti quoque de x tribubus quibus
quamuis erat colonitatio samari
tanorum. fuerunt inter eos quidam
de principibus terre iohanna fi
lius caree sareas et iechoni
as. Et dixit Godolias ad eos
Nolite timere seruire in terra
et seruite regi babilonis et
bene erit uobis. Ego sedeo in
masphat ut respondeam pre
ceptis iudeorum caldeorum qui
mittentur ad uos ut in nullo
uos conueniant. Cumque hec iura
menta firmasset dimisit eos
ad prouincie loca que quisque
sibi delegisset. Porro de ge
ne regio erat quidam hys
mahel uir malignus qui
dum obsideretur ierusalem
ad regem euasit amonita
rum et ibi morabatur. Et
ait iohanna filius caree ad
Godoliam secrete. Scito quia
hysmahel insidiatur anime tue
inuidens tibi dominium terre
uel rex amonitarum misit e
um percutere animam tuam ut
occuparet terram desolatam.

ibo ergo et percutiam hysmahel
nullo sciente ne interficiat te
et dessī dissipentur et pereant
reliquie iuda. Et ait Godo
lias. Non facias hoc uerbum. uel
occides uirum innocentem.
Non enim uerisile est ut in tali
desolatione huiusmodi mali
ciam cogitat de hysmahele
Et factum est in mense vii e
dem anni uenit hysmahel
et decem uiri cum eo ad Go
doliam in masphat et sple
dide suscepit eos. Cumque pa
prandio usus esset in sopore
decidisset Godolias et uino per
cussit eos hysmahel et egres
sus per noctem iudeos qui
erant in ciuitate et quosdam
milites qui a babilonijs
fuerant derelicti trucidauit
et proiecit cadauera eorum in lacum
quem fecerat rex asa propter
baasa regem israhel. Alte
ra die cum mulieribus ueni
ebant de prouincia lxxx uiri
ad Godoliam et egressus est
hysmahel in occursum eorum
dicens. Intrate ad Godoliam
Cumque ingressi sunt occidit eos
hysmahel preter decem qui di
xerunt ei parce nobis quia
thezauros habemus in agro fru
menti uini ordei et mellis
et dabimus eos tibi. Et reces
serunt ab eo. Tunc hysma
hel duxit captiuas reliqui
as populi qui erant in masphat
filias quoque regis quas co
mendauerat nabuzardan
Godolie. Quod cum audisset
iohanna filius caree assumptis
uiris assecutus est hysmahel
et inuenit eum ad aquas que
sunt in gabaon. Et fugit hys
mahel a facie eius cum viii.

De descensu reliquiarum iude in egiptum et obitu ieremie

viris et reduxit iohanna cap-
tivos et perdam qui duxerat
ysmahel. De descensu reliquiarum
iude in egiptum et obitu ieremie

Et convenerunt omnes
reliquie iuda ad ieremiam
a minore usque ad magnum
disponebantque fuge
in egiptum timentes ne oc-
ciderentur a caldeis pro morte
godolie et dixerunt ad prophetam
Ora pro nobis deum ut indi-
cet nobis verbum quod faciamus
et quicquid dixerit nobis per os
tuum faciemus. Post dies x
factum est verbum domini ad ie-
remiam et convocans universum
populum ait: Hec dicit dominus: si
manseritis in terra hac plan-
tabo vos et non evellam, quia
iam placatus sum super malum
quod feci vobis. Nolite timere
a facie regis babilonis quia
ego vobiscum sum. Si autem
descenderitis in egiptum ut
ibi habitetis, gladius quem for-
midatis ibi comprehendet vos
et peribitis gladio fame et pe-
ste. Et non audierunt ieremiam
sed dixerunt: mentiris, non
misit te dominus, sed baruch
incitat te adversum nos ut
tradat nos in manibus cal-
deorum. Et descenderunt omnes
cum mulieribus et parvulis
et omni substantia in egiptum
et duxerunt secum ieremiam et
baruch et desolata est terra et
sabbatizavit multis annis
sicut predixerat ieremias. Nec enim
transtulit in eam rex babilo-
nis colonos sicut fecerat rex
assiriorum in terram israel. Et ha-
bitaverunt reliquie iuda in egyp-
to in magdalo et in thaphnis
et in memphi et in terra
phatures. Et est nomen re-
gis a quo pars illa egipti sic
denominata est. Et factus est sermo
domini ad ieremiam in thaphnis tha-
mis: Sume lapides grandes
et absconde eos in cripta
que est sub muro laterario
in porta domus pharaonis
et dices ad iudeos: Hec dicit
dominus: Ecce ego assumam ser-
vum meum nabuchodono-
sor et ponam thronum eius
super lapides istos et percutiet
terram egipti et peribitis vos
cum egipciis. Porro multi
caldeorum hebreorum sacrificabant
diis alienis et regine
celi scilicet lune vel iunoni vel
veneri, et offerebant placen-
tas et libamina. Cumque ar-
gueret eos ieremias dixerunt:
Nunquam sine viris nostris hec fa-
cimus. Cumque ad viros suos
verba loqueretur dixerunt: Cum
feceramus hec in urbibus
iuda saturati sumus panibus
et bene erat nobis; postquam
autem cessavimus indigemus
omnibus et gladio et fame
consumpti sumus. Et respondit iere-
mias: Hec dicit dominus: Ego iu-
ravi in nomine meo mag-
no quia omnes viri iuda
qui sunt in terra egipti gladio
et fame peribunt donec pe-
nitus consumantur. Et insur-
rexit populus adversus ieremiam
et lapidaverunt eum cum la-
pidibus quos absconderat sub
muro laterario. Egipcii vero
honoraverunt prophetam sepe-
lientes eum iuxta tumulum
regum memores beneficiorum
que prestiterat egipto. Orave-
rat enim et fugaverat aspides
et bestias aquarum quas egipcii
cocodrilos vocant. Quibus

pus egipti infestabat. Tra
dunt etiam quod adhuc de pulue
re ipsius loci aspidum percussure
sanantur et fugantur cocodr
illi. Denique ait Epiphani
us Audiuimus a viris senio
ribus qui de seruorum Antigoni
et ptolomei stirpe descende
runt, quod allexander ma
cedo veniens ad sepulcrum
prophete et cognoscens loci mi
sterium transtulit ipsum in alle
xandriam et sepeliuit glo
riose et confestim a terra illa pro
hibiti sunt cocodrilli et aspid
es penitus. Sed et idem allexan
pus inedinsat illuc serpentes
quosdam qui vice morsorum
aspides fugabant sed non pote
rant eas penitus exstirpare
Quos quia ab argis pelo
ponni aduexerat argones
nominauit. Hic est ieremias
qui regibus egypti signum dede
rit quod eorum ydola euerti o
porteret cum virgo pare
ret. Vnde et sacerdotes eorum
in secreto templi loco ymagi
nem virginis et pueri sta
tuentes adorabant. Quam
cum ptholomeus rex interro
garet eos quare hoc agerent
dixerunt patrie tradi
cionis esse misterium quod
a sancto propheta acceperant
maiores et tradebant in rebus
ita fore venturum. Hic est iere
mias qui templum euerten
dum prenoscens archam tes
tamenti cum hiis que in ea
erant tulit et petris sub
eam absorberi fecit, inpressam
petram vero digito designans
dei nomine inpressit. Et factum
est sigillum in similitudinem

sculpture que ferro celatur
et ipsum dei nomen nubibus op
ertum ita celatum est ut ex tunc
nec locum quis recognosceret
recognoscere quereret nec ipsum
nomen legere usque in hunc diem
et usque in finem. Et pristine
figure instar illic sepe nu
bes ut ignis fit nocturno tempore
eo quod gloria dei ab eius lege
non desinat. Est autem petra
illa in heremi terra inter duos
montes in quibus iacent moy
ses et aaron. Dixit quoque iere
mias presentibus dominus de syon
recessit ad celos inde venturus
sub in virtute veniens et
erit signum presencie eius quod
uniuerse gentes adorauerunt
lignum. Dixit quod hanc ar
cham nemo preter aaron
producet positam et tabulas
que in ea sunt nullus aperiet
sacerdotum nullusque prophetarum
nisi electus dei moyses. Et in
prima resurrectione resurget
archa et exibit de pe
tra et ponetur in monte sy
na et omnes sancti congregabuntur
ad eam regressum domini
expectantes et aduersarium
qui eos consitus est in itinere
fugientes.

De captiuitate reliquiarum Iude

De captiuitate reliquiarum inde

Factum est post mortem Ieremie
anno quinto excisionis
templi, qui est xxiii regni
nabuchodonosor. De
scendit nabuchodonosor in siriam
inferiorem et obtinuit eam.
Moabitas quoque et amo
nitas subiugauit sibi et
tandem intrauit in egiptum
eamque subuertit et regem
qui tunc erat in ea occidit

alud qz in ea constituens d
nno iudeos captiuos du
xit in babilonem. Et ab
hac ultima captiuitate re
liquiarum inde quidam re
rant lxx annos usqz ad
secundum annum darii filii ydas
pis. hanc etiam captiuita
tem reliquiarum preuenerat
ezechiel in caldea de quo
modo prosequentes aliquis
ordinemus. De Ezechiele

De ezechiele

Ezechiel propheta de tra
sarie fuit filius
buzi de genere sacerdo
tum. hic in babilonem duc
tus est cum ioachim et mar
cius cum daniele et tribus
pueris. hic habitabat iuxta
flumen chobar. Factus est
autem in xxx anno non sed
etatis ipsius, sed ab viii
anno iosie quo inuentus e
deuteronomius in templo
in quinto anno transmigra
tionis in iiii mense in quinto
die mensis exorsus est pro
phetare. Ezechiel ad eos cap
tiuos propter causas huiusmodi
loquebatur in epistola ieremie per
lxx annos durationem c
aptiuitatis et flebat pro exi
lii prolongatione. Dicta in
nuitabat aduersus dominum
qz fraudulenter eos eiecisset.
Dixerat enim per os ieremie re
manentes in ierusalem prosperos
eius quod ipsi se tradiderunt ser
uo suo nabuchodonosor
bona pollicebatur nunc autem
in contrarium res lapsa e
rat. florebant enim qui rema
serant et ipsi iugo seruitutis

premebantur. Erat quoque in
ter eos qui dicerent quia
diu seruierant militie celi
bonis omnibus habundabant
ex quo uero cessauerant pe
rierunt gladio fame et pe
ste. Ad hoc prophetabat eze
chiel euersionem urbis
et templi incendium immi
nere et eos qui remanserant
in urbe fame perituros et
extra urbem casuros gla
dio eos autem qui viui ca
perentur grauem passuros
seruitutem ipsos autem in pa
ce et qui libera seruitute ma
suros. Ut autem auctoritatem
preberet eis deus prophetandi
ei quasdam visiones. Si
militudine scilicet hominis leonis
vituli et aquile. Non solum
ad prefigurandas euangeli
stas sed ut ostenderet deum israhel
dominum esse totius creature.
Per hominem digniorem omnem in
telligens creaturam. homo
enim prestat ceteris animalibus
aquila rex est auium. leo
ferarum. bos iumentorum. Sub
animalibus uero uidit rota
in medio rote ut ostenderet
circumuolucionem omnium ele
mentorum in domino esse posita
te. Et super hec uidit firma
mentum coloris saphirini
et super firmamentum erat si
militudo throni et super thro
num similitudo quasi aspec
tus hominis. Et ait dominus
ad eum. Fili hominis mitto
te ad filios israhel quia
domus exasperans est si for
te audiant et quiescant ce
sciant quia propheta fuit in

medio eorum. Et ecce ma
nus missa ad eum in qua e
rat liber scriptus intus et
foris et scripta erant in eo
lamentationes et carmen
et ve. Et ait dominus come
de volumen istud. quia dedi
verba mea in ore tuo. Et iuxta
posita ad transmigrationem iuxta
fluvium chobar et acervum
novarum frugum et se
dens in medio eorum posuit
coram eis laterem et descri
psit in eo civitatem ierusalem et
obsidionem adversus eam
et munitiones et aggerem
et castra et arietes
et ante posuit sartagi
nem ferream oculis suis
ne viderent eos et ait. Sic
obfirmavit dominus faciem
suam ad ierusalem ne videat
eam et obsidebit eam. Si
quid est domus israhel do
mini israhel quia in ierusalem
erant multi de x tribu
bus qui ad eos confugerant
etiam de eis locutus est dominus
ad eum. Et fili hominis sume
tibi frumentum et ordeum
et fabam et lentem et mi
lium et viciam et facies tibi
panem de his submeriendum
in pondere xx staterum et
operies illud in oculis eorum
ad coquendum stercore huma
no. Cumque abhorreret propheta
concessit ei fimum boum pro
stercore humano. Et dices ad
eos. Sic comedent filii israhel
panem suum pollutum inter
gentes ad quas eiciam eos
Dixitque iterum dominus ad
eum. Et nunc tibi gladium ra-

dentem pilos et duces il
lum per caput tuum in barba
et tertiam partem pilorum com
bures igni in medio eorum
et tertiam partem concides g
ladio in circuitu. et tertiam par
tem disperges in ventum. Hoc
enim dicit dominus ad ierusalem.
Tertia pars tui fame morie
tur et peste in medio tui. Et ter
tia pars tui gladio cadet in cir
cuitu tuo. Tertiam vero partem
in omnem ventum dispergam.
Factum est.
Fante in anno vi° in vi°
mense in quinta die
mensis. Elevavit spiritus
prophetam inter celum et terram
et adduxit eum in ierusalem in
visione dei. Et vidit ab a
quilone in introitu porte
ydolum baal. Et ingressus
vidit omnia sculpta ydola domus
israhel depicta in circuitu per
totum et lxx viri de seni
oribus stabant. et iecomias
sacerdos cum eis. et unusquisque
habebat thuribulum in manu
sua. et vapor nebule de
thure consurgebat. Et in
gressus per ostium porte ad a
quilonem vidit mulieres
plangentes thamur mor
tuum id est adonidem et lau
dantes redivivum. Et vi
dit inter vestibulum et altare
xxv viros habentes dorsa
ad templum et adorantes
ad ortum solis. et dixit do
minus ad eum. Vidisti fili
hominis que faciunt. Numquid
leve est hoc. Ecce faciam
eis in furore meo nec par
cet oculus meus eis. Et ecce

xxxi viri veniebant habentes
tes vasa interitus in manibus
suis Et alt vir in medio
eorum vestitus lineis et atra-
mentarium scriptoris ad
renes eius Et dixit dominus
ad eum Transi per mediam
civitatem et signa thau
super frontes virorum gemen-
cium et dolencium de abho-
minationibus quas isti faci-
unt Et dixit domino vi viri
Transite per civitatem sequentes
eum et percutite omnem super
que non videritis thau non
parcet oculus vester et a sanctua-
rio meo incipite Cumque
transfuerunt clamavit propheta
heu heu heu domine deus
nunquid disperdas omnes reliqui-
as israhel Et dixit dominus
ad eum qui indutus erat line-
is Imple manum tuam prunis
et effunde super civitatem et hec
faciens totam combussit eam
Et prius ante levavit ezechi-
elem et reduxit eum in calde-
am et locutus est ad transmi-
gracionem quecunque ondecat ei
dominus *De perforacione parietis*

Vide perforatione parietis

Post hec ezechiel in con-
spectu eorum parietem cepit
transportare vasa domus
sue quasi transmigrans ad
aliud locum Vespe autem perfo-
dit parietem et per rimam pari-
etis asportaverunt eum in
humeris suis sui cives vela-
ta facie nichil videntes Et
dixerunt ad eum domus israhel
Quid tu facis Cui respondit
Super regem qui est in ierusalem
est onus istud Parietem per-
fodient ut educant eum
eum in caligine noctis e-

gredietur capietur in sagena
adducetur in babilonem et
eam non videbit ibi que morie-
tur Post ea locutus est ad do-
mum israhel in enigmate
hec dicit dominus Aquila gran-
dis magnarum alarum lon-
go membrorum ductu plena
plumis et varietate Hec
est nabuchodonosor venit
ad libanum id est ad templum
et tulit medullam cedri id
est vasa domus et summitate
frondium transportavit id est
ioachim et tulit tulit de
semine terre id est mathaniam
et posuit illud in terra et cre-
vit in vineam id est fecit
eum regem et accepit ab
eo iusiurandum Et facta
est aquila altera grandis id est
pharao Et ecce vinea ista
extendit palmites suos ad
illam ut irrigaret eam
Nunquid prosperabitur qui fecit
hec et qui dissolvit pactum
nunquid effugiet Vivo ego in
medio babilonis morietur
Et factum est verbum domini
ad ezechielem in anno no-
no mense x°. tercia die me-
sis x. Fili hominis scribe
tibi nomen dei dici huius
in qua confirmatus est rex
babilonis adversus ierusalem
hodie Ecce ego tollam ho-
die a te desiderabile oculorum
tuorum et ingemisces tacens
non plorabis non planges
luctum mortui faciens non
velabis ora amictu nec ci-
bos lugencium comedes sed
calciamenta erunt in pedibus
tuis tamquam ad eundum Et
mortua est uxor sua vespe
et non planxit sed erat

quam vivus. Et dixerunt ad il-
lum. Quid pretendimus hec.
Qui respondit. hec dicit dominus
Ecce ego polluam sanctuari-
um meum desiderabile oculo-
rum et prenimia anxi-
etate non plangetis quia quisque
de necte sua solicitus erit
Postea in consolationem gentis
sue predixit propheta calamita-
tes circumstancium nacionum que
vel invenerant hostes contra
Jerusalem vel insultaverunt capti-
vis id est filiorum amon et
moab et edom philistiim ty-
ri et sydonis egypti et ethyo-
Et factum visio c. pie
est in xii anno transmi-
grationis xii mense v
die mensis venit ad ezechi-
elem quidam qui fugerat
de Jerusalem dicens vastata est ci-
vitas. In precedenti tamen ve-
spera ezechiel predixerat de im-
pio venturo. Et audiens
omnis transmigratio excidium
urbis et incendium templi
levavit vocem suam et dix-
erunt. Periit spes nostra absci-
si sumus non resurgemus. Et ex-
clamavit ezechiel. hec dicit
dominus. Dum sanctificatus fuero
in vobis tollam vos de gen-
tibus et adducam vos in terram
vestram et effundam super vos aquam
mundam et mundabimini ab o-
mnibus inquinamentis vestris.
Et facta est super prophetam ma-
nus domini et adduxit eum in
spiritu in campo qui plenus e-
rat ossibus aridis vehementer
et ait ad eum. Fili hominis
putas ne vivant ossa ista.
Et dixit. Domine tu scis. Et di-
xit dominus dic ad ea. Ossa
arida hec dicit dominus. Ecce da-
bo super vos nervos et succre-
scere faciam carnes et superexten-
dam cutem dabo spiritum et vi-
vetis. Et ad hunc eo loquente fac-
tus est sonus et commotio
et accesserunt ossa ad ossa u-
numquodque ad iuncturam suam.
Et ecce super ea nervi et car-
nes et cutis sed spiritum non
habebant. Et dixit dominus
ad prophetam. Clama ad spiritum
et dices hec dicit dominus a
iiii^or ventis veni spiritus et
insuffla super interfectos istos
et reviviscant. Et sic factum
est. Et vivientes steterunt
super pedes suos exercitus gran-
dis nimis valde. Et dixit
dominus. Ossa hec domus a do-
mus israhel est. Et restituit
spiritus prophetam in medio trans-
migrationis et locutus est
ad eos que monstraverat ei
dominus in signum duorum futurum
renovationis eorum accepte
et resurrectionis eorum in fine.
Et tulit ezechiel lignum unum
et scripsit super illud lignum iude
et filiorum eius et super alterum
lignum scripsit lignum effraym
et sociorum eius et coniunxit
ea in una manu simul. Et
dixerunt ei. Quid tibi vis
in hiis. Qui respondit. hec dicit
dominus. Ecce ego congregabo
regnum iuda et regnum effra-
ym et faciam eos in unam
gentem et regnum unum et ser-
vus meus david princeps erit
eorum in perpetuum. Et locutus est
dominus ad ezechielem. Fi-
li hominis vaticinare adver-
sus gog et terram magog di-
cens hec dicit dominus. Ecce ego
super te gog principem mosoch
et tubal seducam te et ascende-
re faciam de lateribus aquilo-
nis et adducam super te mo-

tes israhel et cades ibi tu et omnia agmina tua et di tam volucri celi et bestiis terre. Congregamini convenite undique ad victimam quam ego immolabo vobis super montes israhel ut comedatis carnes fortium et sanguinem principum terre bibatis et ossibus condosis dabo sepulcrum nominatum et mittam ignem in terram magog et in hiis qui habitant in insulis confidenter. Hoc fabulabantur hebrei futurum post regnum mille annorum et quod tantus erit exercitus gog quod hebrei per septem annos usum lignorum habebunt non de silvis sed de armis. Et colligentes ossa vii. annis et sepellient ea in valle que ob hoc dicetur poliandrium. Et facta est manus domini super ezechielem

ubi facta est manus domini super ezechielem

In xxv. anno transmigrationis nostre qui est annus xxxvi regni nabuchodonosor primo mense x. die mensis xiiii. anno postquam percussa est civitas. In hac ipsa die facta est manus domini super ezechielem et adduxit eum in spiritu in terram israhel et posuit super montem excelsum et ostendit ei descriptionem civitatis et templi super quam adlitteram iiii fluxerunt. Auctores dicunt ezechiel in caldea iudicavit contemptores iudicavit transgressores legis et precipue quosdam de tribu dan et gad quod in divinis committerent impia legis prescripto custodes. Et fecit ut diceret propheta contra eos prodigium quia filii eorum et universa pe

terra a serpentibus preveniuntur et perderentur quod in tribus ille non revertetur ad propria sed in mediis regionibus remanerent. Propter quod occasionati sunt in eum et distraxerunt. Sed eum et percipientes saporem excerebraverunt eum et sepelierunt eum in agro in aulim in sepulcro sem et arfaxat in spelunca duplici. Sicut in similitudine abraham in hebron sepulchrum fecere topo sicut. Duplex autem os dicitur quod caminata sit et alia a superficie terre. Summitas eius a parte una, vertex ex alia parte in petra suspensa sit super terram. Iste propheta dedit signum populo in flumine chobar ut qui desiderent sustinerent desolationem terre sue tunc sperarent regressum ad urbem quam vindicaret. Cumque convenerat plurima multitudo captivorum ad flumen chobar et caldei rebellionem veriti irruerunt super eos. Ipse vero patribus suis sistens aquas fluminis super aquas ambulans cum omni multitudine ad alteram ripam se recepit et quotquot hostium persequi presumpserunt eos sequi submersi sunt. Et per orationem subito largam piscium copiam populo prestitit ad vescendum. Sepe quoque multis deficientibus vitam restituit.

Prologus super danielem

prologus super danielem

Prophetavit etiam in caldea daniel qui secundum iosephum et epiphanium de semine regio

fuit. Secundum lxx vero de tribu
levi fuit qui in tytulo
fabule belis ita ponit. ho
mo quidam erat sacerdos
nomine daniel filius abda
commiva regis babilonis. N
atus fuit in bethezon supe
riore et fuit a deo casto quod
a concubulibus suis spado
putaretur. Transtulit librum
eius ieronimus ad petitionem
paule, paule et eustochii
cum magna difficultate. Scri
ptus enim erat hebraicis
litteris sed caldaico sermone
hunc legebat ecclesia secundum
lxx interpretes quia mul
tum a veritate discordabat
eorum editio. sed secundum
theodotionem qui apud
hebreos nec susanne susan
ne habet hystoriam nec y
mnum trium puerorum nec be
lis draconisque fabulam de
quo altius dicemus hec
premittentes quod alii prophe
tarum longe ante captivita
tem duarum tribuum de ca
ptivitate dixerunt ut ysaias
et osee alii ea imminente
et dum fieret ut ieremias
et ezechiel. alii infra eam
ut daniel quia abacuch
alii post eam ut aggeus et za
charias. Prima visio danielis

Factum est cum na
buchodonosor dupo
sset in babilone nobi
liores pueros iudeorum et
quosdam de semine regio pl
triores qui stare possent in
palacio regis ut dicit iosephus
castravit quod etiam aliis
gentibus quas vastaverat
fecisse dicitur. Et tradi
dit eos preposito eunuchorum
et fecit eos erudiri primitia
libus litteris parvis et caldeis.
Est autem caldea lingua ead
em et syra propinqua hebree.
Et misit eis ministrari cibos
de mensa sua. Affuerunt
autem inter eos iiii optimi
de filiis iuda daniel anani
as misahel et azarias et
mutavit eis rex nomina et dic
ti sunt baltazar sydrac
misac et abdenago. Baltha
zar autem erat nomen regis ge
neris quod imposuit danieli
ut dicit epiphanius eo quia
cogitaret de eius adoptione.
Istis iiii or prepositus eunuchorum
specialem posuit procuratorem
malasar qui proposuit non
coinquinari cibis gentilium
sed cum cogitaret eos ma
lasar edere de cibis regis
ne viderent coram rege te
terriores exposuerunt ad
eum. Tempta nos obsecro
diebus decem et da nobis le
gumina et aquam et post hec
contemplare vultus nostros
et reliquorum qui vescuntur
cibo regio et sicut videris fac
facias nobiscum. Porro ma
lasar tollebat cibaria et
vinum eorum et dabat eis legu
mina. Post hoc autem eorum
vultus limpide non hebetes
pre multitudine ciborum nec
confuse pravitate et cor
pora eorum laboribus aptiora.
Et subito facti sunt eruditi.
Et Omnia dedit eis dominus sciam
et disciplina precipue danieli
intelligentiam visionum et sop
niorum. Et expletis tribus an
nis statuti sunt in conspectu
nabuchodonosor et de omni
bus que sciscitatus e rege ab eis
invenit eis decuplum super

cunctos ariolos et magos qui
erant in regno eius. Et fuit
daniel in caldea in honore
etiam usque ad darium et ci-
rum et hic terminatur prima dani-
elis pars visio secunde autem
non mirum dicere que visio-
nes danielis dicuntur eo quod
in eis vel ipse quid viderit
vel visum ab alio explana-
vit. De sompnio Nabuchodonosor

De sompnio Nabuchodonosor

In anno secundo re-
gni sui vidit Na-
buchodonosor sompni-
um et conterritus est spi-
ritus eius et effugit ab eo sop-
nium. Nec est intelligen-
dus secundus annus regni ab
origine sed a confirmatione.
Confirmatio autem regni eius
dicitur postquam subiugatis
sibi nationibus reliquias ipse
redemit de egipto. Convo-
cavit ergo rex coniectores cal-
deorum et dixit ad eos. Vidi
sompnium sed ignoro quid
viderim. Responderunt
siriace. Et hucusque scriptus
est hic liber hebraice. Dein-
de caldaice usque ad visionem
quam vidit in fusis sub bal-
thasar. Dicat rex sompnium
servis suis et interpretationem
eius indicabimus. Et ait rex
nisi sompnium et coniecturam eius
indicaveritis michi peribitis et
domus vestre publicabuntur.
Et dixerunt non est homo su-
per terram qui sermonem tuum pos-
sit implere exceptis diis quorum
conversatio non est cum hominibus.
Tunc precepit rex in ira mag-
na ut interficerentur omnes sa-
pientes babilonis et quereba-
tur daniel et socii eius ut
perirent. Quod cum accepisset
daniel ingressus rogavit
regem ut daret ei tempus
ad solutionem prima nocte
tantum ut dicit iosephus.
Et ingressus daniel domum
cum sociis suis oravit deum.
Et per visionem noctis reve-
latum est ei misterium et
benedicens deum ingressus
est ad regem. Et ait rex po-
tes ne michi sompnium
indicare et interpretationem
eius. Respondit. Non potest
homo. Sed est deus in celo
revelans misteria qui indi-
cavit tibi que ventura sunt
in novissimis temporibus.
Visiones capitis tui hec sunt
id est cordis tui. In corde
enim est sapientia secundum evan-
gelium non in capite secundum
philosophos. Tu cogitabas
in stratu tuo quis post te
mundi teneret principatum.
Et ostendit tibi deus regnaturos.
Videbas coram te statuam
grandem et terribilem cuius ca-
put et collum erat ex auro
pectus et brachia de argento
venter et femora ex ere. Ti-
bie autem ferree. Pedum quedam
pars ferrea quedam
fictilis. Et abscisus est lapis
de monte sine manibus
et percussit statuam in pedi-
bus et contrivit eam et re-
dacta est in favillam que
rapitur vento et non est in-
ventus locus eius. Lapis autem
factus est mons magnus
et implevit universam terram.
Nunc audi rex interpretationem

eius. Tu es caput aureum
Caldeis qui suaserunt tibi
et post te consurget regnum
illud minus te. Quod
intelligendum est de regno
medorum et persarum tam
quam per duo brachia per que
deiectum est regnum babilo
nis. Et regnum tercium aliud
suasit eneum quod impera
bit universe terre. Quod in
telligendum est de regno
grecorum quod notabilius fu
it ceteris vel propter eloquenci
am grecorum vel propter fam
am allexandri. Et quartum
regnum erit velud ferrum
quia sicut ferrum domat
omnia metalla sic illud
conteret omnia hec. Quod
intelligendum est de im
perio romanorum. Porro quia
vidisti partem pedum
testeam partem ferream
sicut ferrum misceri non
potest teste sic erunt in eo ci
viles discordie et per eas so
lidabitur. Pars altera
conteretur. Tunc suscita
bit deus regnum celi quod
comminuet universa regna
hec et stabit in eternum. Sed
per hoc dicit Josephus signi
ficavit et daniel regi de
lapide quod michi non pla
cuit indicare. Hoc autem
referunt hebrei ad regnum
suum quod expectant. Tunc
rex cecidit in faciem suam
et adoravit danielem di
cens vere deus vester deus
deorum est. Et dedit danieli
principatum super omnes provin
cias babilonis et super
cunctos sapientes. Obtinu
it autem daniel a rege ut
tres socii eius principatum
haberent super provincias ipse
vero precesset in babilone
et staret in foribus eius regis.
Sequitur **Visio secunda** Visio secunda
Secunda visio danie
lis que sub hoc tamen
visio dicitur quia
vidit in ea rex in fornace
quartum similem filio dei.
Porro fecit nabuchodonosor
statuam auream altitudine
lx cubitorum latitudine vi
et statuit eam in campo du
ram fluminis sicut cuiusdam
nus que gigantes edificave
runt turrim l xx. dicunt
in campo pibolon. quod interpre
tatur conclusum. Hanc erecta
statua circumscepit rex
campum et convocatis rex o
mnes principes regionum
ad dedicacionem statue et pro
clamabat valenter. In hora
qua audieritis sonum musi
corum adorate statuam. qui
non adoraverit eadem hora mit
tetur in fornacem ignis ar
dentis. Et adoraverunt omnes
preter socios danielis et accu
sati sunt ad regem. Et accen
sa est fornax septuplum
et missi sunt vincti cum ves
tibus in medium fornacis. Vi
ros autem illos qui miserant
eos interfecit flama ignis
que vero secunt usque tunc
obstupuit rex dicat se Jero
nimus non legisse in hebreo
Sed quia in toto orbe terrarum
dispersa erant verum ante
posita ea subiecit ne apud

impitos partem volunus
dei inasse nidetur. Flor
us fornax succensa erat ma
leolis id est sarmentis et
pice et stupa et napta quod
secundum salustium historiam
quoddam genus fomentis
ignis est apud persas. Quidam
alios secundum fructus olive sunt
olivarum arefacta. Circumfusa
ta secundum plinium in terra ba
bilonis et fluit in modum
bituminis et erumpit flamma
et incendit quos reperit iuxta
fornacem de caldeis et ef
fusa est super fornacem cubi
tis xl.ix. quod geometri
ca regula comprehensum
est. Angelus autem domini de
scendit cum eis in fornacem
et excussit flammam et in
duxit quasi ventum ro
ris flantem et refrigeran
tem eos. Tunc ananias o
ravit dicens Justus es domine.
Veruntamen et tradi
disti nos in manus hostium
sed in animo contrito et spiritu
humilitatis suscipiamur
a te et sicut in holocausto
pinguium sic fiat sacrificium
nostrum hodie in conspectu
tuo ut placeat tibi. Tunc
illi tres quasi uno ore bendi
cebant deum dicentes Be
nedictus es domine patrum
nostrorum etc. Et hortaban
tur omnem creaturam ad
benedicendum deum procedentes
tes a superioribus ad inferio
res. Ex hoc autem quod predictum
est in animo contrito et spi
ritu humilitatis et quod in
canticis legitur benedi

cite spiritus et anime iustorum
domino erraverunt quidam
dicentes esse in homine pre
ter spiritum sensum duo distincta
spiritum et animam hunc usque
in hebreis non habetur. Tunc
obstupuit rex et surgens
propere ait Nonne tres vi
ros misimus in ignem et ecce
video viros iiii^or ambu
lantes in medio ignis
et species quarti similis est fi
lio dei quod de angelo potest
intelligi. Tunc vocavit
eos rex et egressi sunt et
mirabantur omnes quod capil
lus eorum non esset adustus
nec etiam saraballa immuta
ta. Et ait rex Non est deus
alius qui ita possit sal
vare. Et posuit edictum ut
qui blasphemiam loqueretur
in deum iudeorum hebreorum
periret et domus eius vasta
retur. Et restituit eos in
principatum provinciarum. Tertia visio

Sequitur tertia visio
tertia visio daniel
quam non scripsit dani
el sed est epistola regis
quam scripsit in universo reg
no suo quomodo de bestia re
stitutus est in hominem et i
terum. In qua predicavit mi
rabilia que fecerat apud
eum deus excelsus. Forma
autem epistole hec est. Quam
miserunt miserunt dani
el opi suo. Ego nabuchodonosor
florens et elatus in superbia
sompnium vidi quod perterru
it me et convocatis cunctis
sapientibus babilonis solu
tionem eius non indicave
runt michi donec ingressus

sius est collega meus da
niel cui nomen baltazar
qui habet spiritum deorum sanctorum
et dixi ei Videbam super stra
tum meum et ecce arbor
in medio terre cuius proceri
tas usque ad celum et aspec
tus eius usque ad terminos terre
esca universorum in ea Sub
ea habitabant animalia et be
stie in ramis volucres et
ex ea vescebatur omnis caro
Et ecce vigil et sanctus
descendit de celo et ait Suc
cidite arborem et radices
et fructus eius et fugiant
ex ea bestie et volucres Ve
rumptamen germen eius
in terra sinite et cum feris
pars eius in herbis terre. Cor
dis eius ab humano commutetur
et cor fere detur ei / et vii.
tempora mittentur super eam
In sententia vigilum decretum
est et petitio est sanctorum
donec cognoscant viventes
quia dominatur excelsus in re
gno hominum et cui voluerit
dabit illud Tunc daniel
tacitus cogitabat quasi una ho
ra conturbatus quia mala
portendebantur regi et ait
Tu es rex arbor illa. qui
invaluisti et potestas tua in
terminos terre et audisti per vi
gilem sententiam altissimi
super te ab hominibus eicient
te et cum feris erit habitatio
tua et fenum ut bos come
des. vii. tempora id est anni
mutabuntur super te donec
scias quod dominetur excelsus
super regnum hominum Et relin
quetur germen radicis

quia regnum tuum restituetur
tibi Nabuchodonosor audi con
silium meum peccata tua elemo
sinis redime forsitan ig
noscet tibi deus Effectum
est ante per annum deam
bulabat rex in aula et lo
quebatur in superbia elationis
dicens Nonne hec est babi
lon quam edificavi in domum
regni et in gloria decoris mei
Adhuc erat sermo in ore eius
et vox de celo venit Tibi di
citur nabuchodonosor re
gnum transit a te et cum fe
ris habitabis vii. temporibus
donec scias quod dominetur ex
celsus in regnum hominum eadem
hora ex hominibus abiectus
est et fenum ut bos comedit
donec capilli eius canesce
rent in similitudinem aquila
rum crescerent et ungues eius
quasi ungues avium Igitur
post dies diffinitos ego
6 nabuchodonosor le
vavi oculos ad celum et sen
sus meus redditus est michi
et benedixi altissimo cuius po
testas sempiterna et non est
qui dicat ei quare sic feci
4 sti et requisierunt me op
timates mei in regno meo
restitutus sum et magnifi
centia amplior addita est
michi Hoc exemplum apparet et
epistolamque ad terram dicens
quod non corporis mutationem
sed mentis alienationem pas
sus est / et ablatus est ei usus
lingue ad loquendum Her
ba data est ei nature sibi
humane / et videbatur ei
quod bos esset in anterioribus

et / Impositionibus leos sedmm
ministerium tiranno(rum) qui i(n)
prima etate voluptatibus dedi
ti et cervicem iugo belial
subdiderunt. In fine vero mensi
tiuis diruperunt diruperunt
et conculcant. Multi quoque
ingrediebantur et videbant
eum / Solus daniel non ingre
diebatur quia toto tempore ali
enationis eius orationi pro
eo vacabat et ad preces eius
anni vij / in nos totidem di
es et tempora in vij menses
versi sunt. In quibus xl di
ebus insaniam patiebatur
et per alios xl recursus
ad cor hominis flebat et sup
plicabat deo / ad eo quod ex
nimiis fletibus oculi eius
facti erant ut caro / et iterum
per alios xl dies vertebat
in insaniam donec vij me
ses complerentur post quos
renovatus est nec tamen reg
navit sed statuti sunt vij
iudices pro eo. Et usque ad
finem vij annorum peni
tencia egit / pane et car
nes non comedens et vinum
non bibens / leguminibus
utebatur et herbis iuxta
consilium danielis. Et cum iterum
regnasset voluit danielem
facere heredem coheredem fili
orum. Et ait daniel. Ab
sit a me ut patrum reli
quens hereditate incircumcis
orum domus inhereditam /
hic dicit Josephus quod libros
hebraicos ipse in grecum
transtulit eloquium. Et hic
mutat daniel ordinem
historie nos ante ordicem
/ prosequemur

Cathalogus regum babilonis

Et mortuus est na
buchodonosor ma
gnus et regnavit pro
eo filius eius nabucho
donosor qui de manubi
is hostium templum belis
magnifice decoravit civi
tatem reparavit ita ut nequa
quam obsidentes valerent
flumen convertere. Palacijs
regalibus id est domibus ma
iora super addidit et in die
bus xv consummavit. Sub
que posuit lapides grandes
instar montis et supplan
tavit arbores et ortum
qui suspensilis dicebatur
eo quod uxor eius que in fi
nibus medie nutrita fue
rat regionem suam a lon
ge videre desiderabat. Huius
meminit megastenes in
libro indicorum vel medorum
et asserit eum fortitudine
et actuum magnitudine
herculem transcendisse. Eodem
et diocles in libris caldeorum
dicit quod iste nabuchodonosor ob
sedit tyrum tribus annis
et x mensibus. Et eo mor
tuo regnavit pro eo al
mathapator hic est evil
moradach qui xxxviij
anno transmigrationis iec
onie xij die mensis
sublevavit caput ioachim
regis iuda de carcere et pos
uit thronum eius super thronos
regum qui erant cum eo in
babilone et comedit coram
rege cunctis diebus vite sue
et hanc fecit cum eo mise
ricordiam quia pater eius
non servaverat ei fidem

Traditur enim quidam quod
evilmoradach frater minor
nabuchodonosor in die
bus eiectionis patris mul
ta gessit impie in terra et
patre restituto accusatus
a patre est enim missus est in car
cerem ubi erat ioachim
usque ad mortem patris sui. Et
nunquam regnare cepisset re
levavit ioachim quem pater suus
habuerat in carcere
timens quoque ne resurgeret pater
suus qui de bestia redie
rat in hominem consuluit
ioachim. Ad cuius consilium
cadaver patris effossum di
visit in ccc partes et de
dit ccc vulturibus. Et ait
ad eum ioachim. Non resur
get pater tuus nisi vultures
reddant in unum. Sic habu
it tres filios egressarium
qui et regusar dictus est.
labor sardochum et nabar
qui balthasar cognominatus
est ad quem post eos regna fr
um regnum devolutum est.

Quarta visio

Sequitur quarta visio danie
lis non secundum histo
riam in qua vidit
secundum imagines iiii.or be
stiarum iiii.or regna que
viderat nabuchodonosor in sta
tua quadriformi sed addi
tum est de antiocho et die
iudicii. Hoc anno primo
balthasar vidit daniel
sompnium ait
Videbam alas quatuor
venti pugnabant in me
dio mari. Hec sunt ange
lice potestates que laborant
pro regnis mundi quibus presunt

et quatuor bestie ascendebant
de mari. Prima quasi leena et
habebat alas aquile et
avulse sunt ale eius et sub
lata est de terra et super pedes
quasi homo stetit et cor eius
datum est ei. Hic est regnum
assiriorum quod comparatur lee
ne propter violenciam et libi
dinis impaciam. Quia lee
na propter in coitu gestit. alas
aquile habuit propter longe
vitatem. Nam in secunda etate
nichoanus sub saruch patruo
abrahe descendit usque in
quintam sub balthasar. Cuius
autem ale avulse sunt et ste
tit ut homo et cor ei datum
est ad deiectionem nabu
chodonosor respiciat et ad
eius restitucionem. Secunda
bestia similis est urso in
parte et tres ordines dencium
in ore eius id est videntibus
et circumstantes dicebant ei
Surge comede carnes p
lurimas. Hoc est regnum persarum
quod comparatur urso propter pa
ciencia laboris et victus par
citatem. Nam pro pulmento sa
le utimur et cardomomis
sed similis fuit urso in par
te non ex toto quia in populum
dei nichil crudelius egit. Un
de in zacharia dicuntur
equi albi. Tres ordines
dencium habuit id est tria
regna in principio sui me
dorum persarum et caldeorum vel
tres principes habuit super
c.xx. satrapas qui dicebant
ei. Comede carnes plurimas
hoc refertur ad asuerum
cui dixit aman ut occideret
iudeos. Tercia bestia quasi par

dus et habebat alas avis et
quatuor capita erant in ea
et potestas data est ei. Hic est
regnum grecorum quod comparatur par
do, quia saltu vivit in morte
propter impetum allexandri et
valde velociter divisa sub eo regna
significat. alas habet quia
nichil velocius victoria alle
xandri. capita quatuor eius
quatuor sunt allexandri succes
sores. nec hanc potestatem a se
habuit allexander, sed fuit verga
furoris domini in filios pestilen
tes. Quarta bestia terribilis et
fortis dentes ferreos habens
comedens reliqua et pedi
bus conculcans. Hic est regnum
romanorum quod nulli bestie
comparavit daniel. nec nomen imposuit
bestijs ferocius cogitaremus
intelligamus in romanis.
hebreus tamen dicit silem
fuisse aprum, secundum illud de
vastavit eam aper de silva
et singularis ferus depastus
est eam. Hoc regnum cetera con
culcavit quod sequitur. et ha
bebat cornua decem respiciat
ad finem mundi quia tunc reg
num romanorum dividebatur
in x regna quod significatum
est per x soles in vaticinio
sibille. Et ecce cornu parvum
aliud ortum est de medio
eorum. Hic est antichristus de tribu
dan ignorabilis in abscondito
loco nascitur. Ex hominibus
quidem parentum concipietur
sed post conceptum spiritus mali
gnus descendet in uterum mat
ris cuius virtute demonis puer
aletur nascetur et adolescet

Unde filius perditionis dicitur.
Et tria de cornibus primis e
vulsa sunt a facie eius id est
iii reges de x primis interficiet
regem scilicet affrice egipti
et ethyopie tunc alij vij vic
tori colla submittent. Et ec
ce quasi oculi hominis erant
in eo id est alta et mirabilis scien
cia quia magice miracula fa
ciet. Et inveniet thezauros
Et os ei os loquens ingencia
quia deum se dicet. Iudei credent
se. dicet se esse messiam. Con
fluent ad eum iudei, reedi
ficabit templum et solium suum
ponet in eo. Committet ad se
homines terrere muneribus
miraculis helyam et enoch
interficiet. Aspiciebam hec id
est potestatem huius donec thro
ni positi sunt de quibus in evan
gelio sedebitis super thronos
et antiquus dierum sedit
id est deus eternus iudex quem
aspicit Johannes solus in throno
sedere. Vestimentum eius quasi
nix candidum. Et capilli
quasi lana munda. gloriam ma
iestatis eius significant. thro
nus eius flamme ignis, ro
te eius ignis accensus. hoc est
quod alibi dicitur Ignis ante
ipsum precedet. Fluvius igneus
et rapidus egrediebatur
a facie eius celeritatem iudi
cij notat quia dicit apostolus
in momento in ictu oculi fiet.
Milia milium ministrabat ei
et decies centena milia as
sistebant ei. Inculcatio quater
nam decies centum idem
est quod mille. Hoc ad copiam
angelorum refertur. Iudicium
sedit et libri aperti sunt id est

iudicibus sedentibus conscientie singulorum patebunt. Et uidi quod interfecta esset bestia quarta aliarum quia ablata esset potestas quia tunc cessabit omnis persecutio cum tradet Christus regnum deo et patri. Et ecce cum nubibus celi quasi filius hominis ueniebat quia Christus baiulus nubibus descendet ad iudicandum secundum illud: Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in celum. Et usque ad antiquum dierum peruenit quia Christus per omnia equalis patri. Et dedit ei potestatem et honorem et regnum sempiternum. Cumque hec dixisset daniel accessit ad unum de assistentibus et querebat ueritatem. Qui exposuit ei singula hec addens de antichristo. Et contra altissimum loquetur et conteret et tradentur in manu eius usque ad tempus et tempora et dimidium temporis id est usque ad annum et duos annos et dimidium anni. hebreus enim nomine temporis significat annum et per numerum pluralem duos annos hebreus enim habet dualem numerum sicut et grecus. Breue enim erit tempus hoc. Sed nisi abbreuiati essent dies illi non salua fieret omnis caro. Visio quinta danielis

[vi]sio quinta

Sequitur quinta visio danielis hebraice scripta in eo prophetes non caldaice. Anno tercio balthasar. Ego daniel eram in elciam regione in susis que est metropolis helamitarum que in iuditus uocatur et habitabam in qua secundum Josephum fecit mauseolum regum. Et uidi in visione me esse super portam ulai. Et est ulai nomen porte uel lacus ante portam. Et ecce aries unus stabat ante portam habens cornua excelsa et unum excelsius altero atque succrescens. hic est cyrus potentior dario. Et uentilabat cornibus contra occidentem et meridiem et omnes bestie non poterant ei resistere. hoc ad ipsum regnum refertur non ad personam. Et ecce hircus ueniebat ab occidente et non tangebat terram. hic est alexander qui uolans per omnia inuia quiete gradiens uel hircus uel ab hircis oculorum quos diuersi coloris habuerunt. et uenit ad arietem quem uideram et efferatus est in eum et percussit arietem et comminuit duo cornua eius. quia darium arsami filium percussit et medos et persas sibi subiecit. Et orta sunt ei quatuor cornua id est quatuor successores de quibus suo loco dicemus. De uno eorum egressum est cornu modicum et factum est grande. hic est anthiochus epiphanes descendens a seleuco. Qui cum esset rome obses euasit et in regnum et magnificatum est contra meridiem id est contra egyptios. et contra orientem id est contra eos qui in perside res nouas moliebantur et contra fortitudinem celi id est contra filios israhel. et deicit de

stellis et conculcavit eas et
usque ad principem fortitudinis
id est dominum magnificatus
est et ab eo tulit iuge sac
rificium et deiecit locum sancti
ficationis eius quia in templo
statuam iovis posuit. Et au
divi unum de sanctis loquentem
ad alterum et dicentem Usque in
quo sacrificium et sanctuarium
et fortitudo conculcabitur
Et ait ei Usque ad vesperam
et mane dies .ii. milia .ccc.
Et mundabitur sanctuarium quia
ab ingressu anthiochi in ierusalem
usque ad mundationem templi
factam a iuda machabeo per
successiones diei et noc
tis fluxerunt sex anni et
menses tres et dies .xx. Cum
que quereret daniel intellige
ntiam somnii gabriel venit
ad eum et indicavit ei Plures
huiusmodi visiones sanctorum
ut ait iosephus deprehendi
tur error epicureorum qui
dicunt mundum sine rectore
et sine dei providentia ca
su fieri confirmant quia si
mundus sine consule esset olim
depressisset sicut navis deso
lata rectore nec secundum prophetias
omnia provenirent. Septima
visio sequitur

vii visio

Sequitur vii visio danielis que
scripta est in daniele
sed secundum ieronimum ea sexta
notatur in prologo abacuk
Et hec caldaice scripta est
Accidit enim ut cirus et darius
obsiderent balthasar in ba
bilone Balthasar vero fecit
grande convivium optimatibus
suis .i. et fecit ut afferrentur

vasa que asportaverat na
bugodonosor avus eius
de templo domini Et bibebant
in eis rex et optimates et
uxores et concubine eius
et laudabant deos suos Secundum
iosephum solempnitas erat
in babilone instituta ob tu
itionem urbis eo quod fabulantur
hebrei quod balthasar intelle
xerat .lxx. annos captivitatis
quos predixerat ieremias flu
xisse et tamen hebrei non
erant liberati a iurisdictione
sua Unde exultabat in diis
suis gratias agebat Sane
illa annorum septuagena
non dum fluxerat sed septi
ma decas iam currebat In
eadem hora apparuerunt quasi
digiti manus scribentis in pa
riete Cumque rex vidisset
manum et scripturam incertum
est utrum astantes vidis
sent manum scribentem quia
sed viderunt. Secundum iosephum manus
evanuit continuo turbatus est rex
et genua eius ad se invicem
collidebantur et exclamavit
fortiter ut introducerentur
magi caldeorum et ait ad il
los Qui legerit scripturam
hanc et interpretationem eius
purpura vestietur tor
quem auream habebit in collo
et tercius erit in regno meo id
est et certe erit tercium prin
cipem quia posuit satrapas Al
li ait non potuerunt scripturam
legere Et ingressa est regina
non uxor secundum porphirium
sed avia secundum iosephum
vel mater secundum origenem et
ait ad regem Est vir in regno
tuo qui spiritum deorum habet qui

Ter-tius id est unus prin-cipem maiorem constituit. Sic vocetur et omnia dicat tibi. Cumque intrasset Daniel promisit ei rex munera que et supra. Cui respondit: munera tua sint tibi vel alteri da. Scripturam quidem legam tibi rex et exponam. Nosti quod deus excelsus dederat regnum patri tuo et non cognovit. Propterea fenum ut bos comedit donec cognosceret. Tu quoque cum scires hec omnia adversus deum celi elevatus es et vasa eius prophanasti tradens ea manibus immundis et bibens in eis. Deos laudasti qui nec vivunt nec sentiunt. Deum vero qui flatum tuum in manu sua habet non glorificasti. Propterea ista coram te exarata sunt. Mane techel phares quod sonat numerus appensio divisio. Et est sensus: Numeravit deus regnum tuum id est ideo complevit illud et est dictum per simile pecunie que numerata tollitur et absconditur. Appensus est et inventus es minus habens id est iusto dei iudicio minus vales quam putabas. Divisum est regnum tuum et datum est Medis et Persis. Nam phares fragmentum significat. Et tradidit rex munera Danieli que promiserat. Eadem nocte capta est Babilon. Cirus diviserat Eufraten longe a civitate per plures rivos ut alveum qui influebat in civitate vadabilem faceret. Et per ipsum ingressi ingressi sunt hostes in civitatem sub nocte et interfectus est Balthasar. Et successit ei Darius rex in regnum annos natus lx duos. Cirus vero ei tanquam maiori in omnibus deferebat. Quod autem eadem nocte visio [illegible] capta sit civitas apparet in Ysaia qui loquens ad Balthasar dixit: Pone mensam, contemplare in specula comedentes et bibentes. Surgite principes arripite clipeos. Iudei tradunt quod mater Balthasar per quam facta est cena suspensilis filia fuit Darii. Et quia Balthasar filium non habebat festinabat Darius occupare regnum. Septima visio

vij visio

Sequitur septima visio Daniel. Porro Darius sumens Danielem duxit eum secum in Mediam. Et erat Daniel unus de tribus satrapis qui preerant .c.xx. Sed in Daniele spiritus dei amplior erat. Cogitabat rex constituere eum super omne regnum. Unde principes invidebant ei et querebant occasionem accusandi eum ex latere regis. Fabulantur Hebrei quia querebant occasionem in sermone tactu nutu vel m[illegible] ad reginam vel ad aliquam concubinarum regis. Nullamque causam reperire potuerunt eo quod fidelis esset et super thesauros erat ut dicit Josephus quia adeo iustus erat ut munera oblata respueret. Et dixerunt principes: Non inveniemus adversus eum nisi in lege dei sui

Et subripuerint regi dicentes Consilium inierunt cuncti principes regni tui et satrape et iudices ut quicumque petierit aliquid a quocumque deo vel homine usque ad dies triginta nisi a te rex mittatur in lacum leonum. Nunc itaque confirma sententiam et scribe decretum. Et adquievit rex. Quod cum ingressus est daniel domum suam et fenestris apertis in cenaculo suo contra ierusalem tribus temporibus in die flectens genua orabat. Tribus horis orabant iudei in die hora scilicet tercia vi. ix. Ut legitur in apostolo quod tribus vicibus orabat in die. et de petro et iohanne quod descendebant ad horam orationis nonam. In tercia orabant quia tunc datus est eis decalogus in synai. In eadem hora orant etiam, quia est datus spiritus sanctus super apostolos. In vi. orabant quia tunc est erectus serpens eneus in deserto. In eadem orant etiam quia tunc est christus suspensus in ligno. In nona orabant quia tunc dedit petra aquam. In eadem orant etiam quia latere de christi lanceato fluxerunt sanguis et aqua. Cum ergo vidissent viri illi danielem orantem accusaverunt eum ad regem de transgressione decreti. Et contristatus rex posuit cor ut liberaret eum laborans usque ad occasum solis. Quod intelligentes viri dixerunt Scito quod

lex huius regni est ut decretum regis non liceat immutari. Tunc miserunt danielem in lacum leonum. et obsignavit rex anulo suo et anulis optimatum lapidem qui pro ianuis positus erat. Et incenatus totam noctem duxit. rex in primo mane diluculo rediit ad lacum et flens quod clamavit Daniel serve dei valuit ne deus tuus liberare te a leonibus. Daniel respondit. Deus meus misit angelum suum et conclusit ora leonum quia non est in me inventa iniquitas. Forte quia vidit angelum vocavit hic propere visio. Et eductus est daniel de lacu nullo lesus. Et dixerunt qui accusabant eum non dei providencia hoc factum sed quia saturati erant leones. Tunc rex iussit leonibus nullas carnes apponi. Cumque saciati essent accusatores danielis misit in lacum cum uxoribus et filiis et non pervenerunt usque ad pavimentum donec arriperent eos leones et omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc scripsit rex darius in universo regno suo dicens Paveant omnes deum danielis ipse est enim deus vivens et eternus in secula. Et exaltavit daniel pre dicens plurimos. Cumque sinit ... faciebat opera regis. Forte mansio ... in ebathanis quod hacte

manet ut dicit Josephus
ita mirabile ut eadem
die qua conspicatur putaret
esse constructum. Ibi sepe
liuit medorum reges et per
sarum et parthorum
et tunc cura illius committi
tur sacerdoti et iudeorum

io da

Capitulum viii

Secunda visio danielis in
anno primo darii
regis filii assueri
astrages dictus est qui suc
cessit sibi regnum caldeo
rum. Ego daniel intellexi i
libris ieremie ut complere
tur idem ad completionem
ad propinquaret desolacio
nis ierusalem anni lxx. et o
raui dominum in ieiuniis et
sacco et cinere dicens. Iustus
es domine peccauimus iniquita
te fecimus et adduxisti cum
super nos calamitatem. obsecro
ira tua a ciuitate tua ie
rusalem et monte sancto
tuo. Unde faciem tuam super
sanctuarium tuum quod destitutum e
Exaudi domine placare do
mine attende et fac ne mo
reris. Adhuc me loquente ec
ce vir gabriel tetigit me
in tempore sacrificii vespertini
et ait. Ab exordio precum
tuarum egressa est sententia libe
rationis a deo. Ego autem ue
ni ut indicarem indicarem
eam tibi et etiam quedam
alia quia vir desideriorum
es tu. Tu ergo animaduerte
visionem et sermonem intel
lige. Tunc aperuit ei li
berationem spiritualem futuram
per christum imminentem

pro qua orabat. Dixerat quod
quamuis per cirum dicat de ea se
esse expeditum ibi noli me
tuere. Additur et de destructione
iudeorum futura per romanos
lxx. ebdomade abbreuiate
sunt super populum tuum et super
urbem tuam sanctam ut consum
metur preuaricatio et finem
accipiat peccatum et dele
atur iniquitas et adducatur
iustitia sempiterna et im
pleatur visio et prophetie et
vngatur sanctus sanctorum. Sci
to ergo et animaduerte ab
exitu sermonis dicti neemie
ne ut iterum edificetur ierusalem
usque ad christum ducem ebdoma
des vii. et ebdomades lxii.
Due erunt tempus verbi christi in
carnationem designat angelus
qui locutus et prophetas imple
uit peccata tulit, iustitiam adduxit
et unctus est oleo letitie
pre consortibus suis. Et pro
sunt ebdomadas non dierum
sed annorum ut anni sint
ebdomada una. Abbreui
tas vero dicitur ut intelligat
annos lunares qui breui
ores sunt solaribus annis
xi diebus. lxx. ergo ebdomade
annorum solarium faciunt
ccc lxxxv. lunarium vero
annorum faciunt annos ccc
xc. Est ergo sensus quod ab exi
tu sermonis ut reedificetur
ierusalem usque adductum christi
fluxerunt anni lunares ccc
xc. Sepius ergo beda incipit
a xx° anno regni arta
xersis in quo neemias pro
incerna eius impetrauit ab
eo ut restituerentur muri

ierusalem et restituit eos in multa angustia. Ab illa inquam licentia a rege accepta usque ad christi passionem fluxerunt anni lunares cccc xc. Et hanc summam annorum computat secundum annos regum qui descenderunt usque ad octavum decimum annum tiberii cesaris. Et statim mediatim inseruit daniel de reedificatione facta per neemiam dicens Et rursus edificabitur platea et muri in angustia temporum. De lxx vero ebdomadibus seposuit daniel ultimam dicens Confirmabit autem pactum multis ebdomada una quod intelligendum est de tribus annis et dimidio quibus predicavit christus et quod patribus promiserat confirmavit. Nam iam tres anni et dimidius huius ebdomade novissime preterierant quando baptizatus est dominus et in dimidio eiusdem ebdomade residuo ita fiet deficiet hostia et sacrificium id est veniente veritate cessabit umbra. Et in templo erit abhominatio desolationis id est abhominanda et desolata erunt sacrificia post mortem. Post mortem christi et usque ad finem mundi durabit hec desolatio. Supra vero in littera daniel posuit tempus mortis dicens Et post ebdomadas lxx duas oc-

Quod est defectus

cidetur christus. vii. et novissimam quam in duas divisimus partes occidetur christus et non erit populus eius qui eum negaturus est dicens non habemus regem nisi cesarem. Et alibi hunc nescimus unde sit. Quod vero sequitur civitatem et sanctuarium dissipabit populus ad hos ebdomades non pertinet sed completo tempore adventus christi et mortis suppletum fuit quod venturum erat populo qui noluit eum recipere dicens. Et dissipabit civitatem et sanctuarium populus romanus cum duce suo venturo et finis eius vastitas. Et post finem belli statuta est a domino in eternum desolatio. Et nota quia ex duobus que hic leguntur scilicet ungetur sanctus sanctorum et deficiet hostia sumitur illud quod solet dici iudeis cum venerit sanctus sanctorum cessabit unctio vestra. Affricanus huic enumerationi bede concordat in principio sed differt in fine. Non enim extendit lxx ebdomadas nisi ad quintumdecimum annum tiberii in quo baptizatus est christus. Tertullianus vero inchoat enumerationem ebdomadarum illarum a primo anno darii in quo egressus est sermo a domino ad danielem per angelum ut iterum reedificent muri ierusalem. Et extendit eas usque ad captivitatem factam per romanos et tunc

ptinet ad lxx ebdomades
tpo dictum est. ciuitatem
et sanctuarium dissipabit ppls
cum duce uenturo hebrei
sic exponunt. lxx ebdo-
mades a breuitate sunt super
populum tuum quod Daniel sa-
to ab hac die quia tibi
nunc loquor Erat autem ang
primus darii qui occidit bal
thazar et regnum caldeorum
in persas medos que trans
tulit usque ad lxx annum
ebdomadarum id est annos
ccc xl hec populo tuo par
tes accident Primum propici
abitur tibi deus sicut precatur
et delebitur peccatum tuum et
finem accipiet preuaricatio
Nunc enim urbe et templo
destructis in luctu est populus
sed in breui restaurabitur
uisio et prophetes ut propheta
non inueniatur in israel et
ungatur sanctus sanctorum
De quo propheta dixit te deus
deus tuus oleo letitie pre
participibus tuis qui di
xit Sancti estote quia ego
sanctus sum Scito ergo quod ab
hac die in qua nunc tibi
loquor et dei sermone pro
mitto quod reuertatur populus
in ierusalem et instauretur
usque ad christum et desolationem
templi ebdomades inue
niuntur lxii et alie un-
in quibus nusquam ordinem
suum duce reges fient de
quibus ante dixi quod reuer-
tatur populus et reedificetur
platea a neemia et esdra
In fine ergo ebdomadarum
complebitur dei sina t

angustia temporum quando rur
sum destruetur templum
et capietur ciuitas Nam
post lxx duas ebdomadas
occidetur christus et non erit
eius populus qui negaturus
est eum siue ut hebrei di
cunt non erit eius imperium
quod putabat se recepturum
Et quod dico de christo occide
do et negaturus populo periuro
deserendo et ciuitate et sanctu
arium dissipatus est populus
romanus cum iudice uenturo
id est uespesiano Anno mar
cus tumultuosus vii ebdomadas
id anno xl v. helius adri
anus aliquo post ea de uin
uis ierusalem urbs helya con
dita est rebellantes iudeos
ruffo magistro exercitus
pugnante superauit et tunc
defecit hostia et sacrificium
et usque ad consummationem
seculi continuabitur deso
latio Non nos moueat
inquiunt hebrei si prius in
merentur vii ebdomades
et post ea lxii et rursum
una in duas partes diui
ditur hoc est enim ydioma
hebrei sermonis et antique
latinitatis ut a minorem
numerum subponant per
maiorem Verbi gratia Nos
iuxta proprietatem lingue no
stre dicimus uixit abraham
c l xx v annos illi econ
trario uixit abraham v l
xx c annos Non ergo ut le
gitur ita adimpletur sed
ut totum prius supputatur
ita finem accepit Nec ig
norandum quosdam illorum
dicere quod una ebdomades de

qua dicitur confirmabit pactum
multis ebdomadis. Una dica-
tur in vespesianum et adria-
num ut videtur historia Jose-
phi. Vespesianus et titus tri-
bus annis et vi mensibus
pacem cum iudeis fecerunt.
Tres autem annos et vi menses
sub adriano computentur
quando iherusalem omnino subversa est
et iudei catervatim cesi ita
ut iudee quoque finibus
pellerentur. Hoc autem annum
hebreorum non magnopere cu-
rantes a primo anno darii
regis persarum usque ad consumma-
cionem iherusalem que sub
adriano accidit computant
olympiades c.lxxxv. in(?)
hoc est annos d.c.xc.v. que
faciunt ebdomadas hebraicas
xciiii. et annos tres
quando turbatus dominus hebreorum
est oppressus et iherusalem
usque ad solum diruta est.
Sequitur

2a visio

Secunda visio danielis,
quam cum sequentibus quidam
dicunt esse unam, sed
secundum sententiam hebreorum
veritate traditur esse duas
et utraque scripta erant in danie-
le hebraice. Primo utraque
vidit daniel. Una quippe
vidit, sed alteram audivit
anno tercio regni cyri regis
persarum et in eadem die emis-
sam in hunc modum. Primo
anno darii daniel intelli-
gens imminere lxx annorum
captivitatis liberande oravit
dominum ut dario et cyro
liberarent populum suum. Et data
est sibi a deo de licencia

redeundi danda. Et hanc
egressam a domino sermonem nun-
ciavit gabriel danieli. Et cepit
tunc darius disponebat de
libertate et licencia danda he-
breis sed preventus morte
non adimplevit. Cyrus autem
primo anno regni sui dedit
eis eandem libertatem quam
habebant indigene et licen-
tiam redeundi. Ipsi vero qui
omnes fere nati erant in
caldea et possessiones ibi
habebant elegerant remane-
re in terra nativitatis sue. Pau-
ci vero qui ascendere dispone-
bant in iudeam prohibiti e-
rant et morati usque ad ter-
cium annum cyri. Quod attendens
daniel vehementius affli-
gebatur dolore quia prius ex-
orabat dominum ut qui prius
decla[ravit] regibus ani-
mum liberandi effectum est.
Ergo tercio anno regni cyri pri-
mo mense prima die mensis
lugebat daniel trium ebdo-
madarum diebus panem deside-
rabilem non comedit car-
nes et vinum non gustavit
nec usus est unguento pro
balneis more persarum. Die
autem xxiiii dum esset iuxta
fluvium tygris vidit. Et ec-
ce vir vestitus lineis accinc-
tus zona aurea cuius faci-
es sicut fulgur oculi ut lam-
pades torrentis corpus eius
crisolitus que dextera(?) vocat
bracchia, sed femora
tibie et pedes quasi es candens
et sermo eius quasi vox multi-
tudinis loquentis. Homines vi-
ri qui erant cum eo territi fu-
gerunt et solus vidit visionem

et terruit in facie sua
Et vir ille accessit et eri-
gens eum et confortans
ait Noli metuere daniel
quia ex die primo mensis
quo posuisti cor tuum ut
te affligeres coram deo tuo
audita sunt verba tua et e-
gressa est sententia ad eos de re-
ditu populi et eadem die vo-
lui ad te venire ut nunc-
ciarem sed princeps regni
persarum restitit michi xxi
diebus et ideo Ergo timuit
egrederetur apparuit prince-
ps grecorum veniens ut adiu-
varetur principi persarum et in-
de aliquantulum moram feci
Sed nunc venio ut certifica-
rem te de reditu populi et ulterius
quia nemo est michi adiu-
tor nisi michael princeps
inter hos duos principes gre-
corum et persarum dicit eciam
ieronimus esse angelos ma-
los qui appositi sunt regnis
illis ad quorum laborabant
itaque angelus persarum ne
hebrei liberarentur a domino
persarum. Tum quia delec-
tabatur afflictionibus eorum
tum ut ipse diucius affli-
gentes eos gravius pe-
terent laborabat eciam
angelus grecorum ut ipse ca-
ptivitas hebreorum fucis
tussiret in dominium grecorum.
Gregorius autem vult eos fuis-
se angelos bonos qui sa-
tagebant ne tam cito li-
berarentur hebrei ut quod
adhuc erat purgandum in
eis purgaretur et deinde
quererent ad regnum. Postea
di addit vir ille Nunc veni-
tar ut pugnarem adversus prin-
cipem persarum. Verumta-
men quod annunciabo tibi
quod expressum est in scriptura
veritatis de regibus et de aliis
quorum gerens sollicitudinem.
Nota a primo anno darii
orabat daniel pro eo ut sta-
ret et roboraretur in regno
eius et sollicitus erat de suc-
cessoribus regni persarum volens
eos scire de quorum manife-
statione sequitur decima visio x visio

In anno primo
inducitur daniel a primo
anno darii medi staba-
m in conspectu dei ut confor-
taretur et roboraretur
ipse darius et statim fuit
methaplasmus qui frequens
est in prophetis et introduci-
tur vir ille predictus loquens
ad danielem sic. Et nunc
veritatem annunciabo tibi ec-
ce adhuc post darium
et cirum qui nunc sunt tres
reges stabunt in perside tam-
busus scilicet et cerencides magus
darius filius hidaspis et ter-
tius scilicet xerses filius darii
super omnes ditabitur et concitabit
omnes adversus regnum grecie
Unde isto legitur quia suc-
cendit athenas et bellum
in navale erat apud sa-
laminam quando sophocles
et euripides clari habebantur
et themistocles in persiam
fugiens hausto sanguine
tauri periit. Et vir qui
loquebatur danieli pretermisit omnes reges usque ad
alexandrum magnum et
ait Consurget vero rex fortis
et faciet quod placuerit

ci Et cum steterit confringetur
regnum eius et dividetur
in quatuor ventos celi Se
gipto enim que est ad meri
diem Primus regnavit ptho
lomeus lagi filius In
macedonia philippus qui
et arrideus frater alexandri
que est ad occidentem Syrie
et babilonie et superioribus
locis que sunt ad orientem
seleucus nicanor impera
vit asie et ponto et cete
ris in eadem plaga provin
ciis anthigonus ad septen
trionem et hoc secundum has
quatuor plagas dicimus Ori
ente in iudea e ad aquilo
nem syriam ad meridi
em egiptum habet Unde regno
egipti et syrie tantum prosequitur
daniel quia sub hiis afflic
ta est plebs dei vicissim
Nam post alexandrum primus
regnavit in egipto ptho
lomeus lagi filius a quo
sequentes reges egipti ple
ptholomei dicti sunt Post
ptholomeum philadelphus
post ptholomeum ever
getes post ptholomeum
philopater post ptholo
meum epiphanes In sy
ria post alexandrum reg
navit seleucus post anthi
ochus soter a quo suc
cessores anthiochi dicti
sunt Post anthiochus theos
Post anthiochus gallinicus
Post anthiochus magnus
Post anthiochus epiphanes
De hiis prosequitur vir lo
quens ad danielem ma

piens a rege egipti pro
Et confortabitur rex austri
hic est ptholomeus filius la
gi adeo fortis ut pirrum
regem epirotarum expul
sum restitueret in regnum
et demetrio demetrio filio an
thigoni seleuco regni sui par
tem quam antigonus abstule
rat restituit cyprum phe
nicem et regiones multas
et insulas sibi subiugavit
Cui successit ptholomeus
philadelphus duxit ccc
elephantes turres lig
neas eis superponens in qui
bus posuit armatos addi
micandum sub quo lxx inter
pretes claruerunt Hic pu
gnavit contra anthiochum
theos regem syrie sed post
ea federati sunt Ita anthi
ochus duxit uxorem bero
nicem filiam philadelphi
repudiata priori uxore lau
dice Que cum reddisset in
patriam virum occidit veneno
Virum et filium quem susce
pit de beronice gallenicum
vero filium suum fecit regem
syrie Euergetes vero qui suc
cessit philadelpho in ultorem
beronices sororis vastavit
in syriam sed audito quod prin
cipes egipti conspiraverant
adversus eum rediit in egip
tum trahens secum de sy
ria predam multam nimis
et simulachrorum n. d. xlor
vo gallenicus duos filios re
liquit seleucum et anthiochum
magnum Sed anthiochus
occiso fratre suo regnavit
et aggressus est regem egipti

philopatore victus est et Jerosolimam fugiens pene captus philopatori vero successit in egipto epiphanes cum esset iiii annorum et cepit anthiochus magnus infestare eum sed principes egipti dimicabant pro eo Sub epiphane onias sacerdos assumptis pluribus iudeorum fugit in egiptum et accepit a rege regionem que elyopoleos vocabatur et in ea construxit templum simile templo iudeorum asserens se implere vaticinium ysaie scribentis erit altare domini in egipto et titulus eius in finibus eius hoc templum permansit annis cc.l. usque ad vespesianum qui civitatem ipsam que dicebatur onie et templum funditus evertit Porro anthiochus magnus reliquit duos filios seleucum et anthiochum et epiphanem, sed epiphanes per fraudem electo vel occiso fratre regnavit in syria Et nunc post de ordine historie interposuimus et nobis nulla est contentio que scrutinii Exponit porphirius de anthiocho cum exposuit eum danielem ut infirmaret enim Nos autem in putamus exponimus de anthiocho et antichristo quedam tamen specialiter de anthiocho quedam de antichristo ut illud de anthiocho et comedentes panem cum eo et cetera usque illuc et venient super eum triremes et romani Anthiochus enim epiphanes dedit sororem suam uxorem epiphani regi egipti in dolum Cum suscepit ex ea duos filios Tunc anthiochus ingressus est egiptum tamquam nutricius sororem et nepotes Quam multas epulas fecit additi diviti sororis et voluit obtinere Egiptum sed egiptii viriliter resistentes eiecerunt eum sed post biennium reversus obsedit allexandriam Et ecce legati romanorum missi sunt ad egiptios liberandos quibus federati erant Cumque applicuissent egressus est ille obviam anthiochus et dextram striet in litore Dixit ei marcus publius lenas Senatus populusque romanus precipiunt tibi recede ab amicis suis Cumque ille peteret inducias respondendi marcus virga illum fecit circulum in sabulo cum virga et ait Senatus populusque romanus precipiunt ne egrediatur de hoc circulo donec respondeas Ad que anthiochus Si sic visum est senatui et populo romano recedendum est Et recessit ab egipto Similiter et his sequitur de anthiocho tantum intelligendum est Et erit in contemptis formam Nam anthiochus casus erit obsimulationem religionis Et deos vero patrum deum moazim loco suo venerabitur usque continuit Moazim enim presidium sonat et anthiochus

in ierusalem presidium posuit et ydolum iovis Antiochus vero diam diu presidium suum venerabitur Porro antiochus tantum conquirit id quod sequitur et figet tabernaculum suum apherno inter maria Apherno interpretatur palacium suum Et est sensus figet tabernaculum palacii sui in loco qui sita est inter mare mortuum et cirrenum et super montem inclitum et sanctum id est montem oliveti ponet tabernaculum suum et veniet usque ad summitatem eius id est usque ad locum unde dominus descendit Et nemo auxiliabitur ei quia audietur vox in aere dicens Morere et statim fulminabitur Postea prosequitur visio de tempore antichristi et conversione iudeorum et resurrectione mortuorum dicens Et veniet tempus quale non fuit ex quo gentes reperint esse et stabit michael princeps populi sui et salvabitur exercitus omnis qui scriptus erit in libro dei Et multitudo hominum qui dormiunt in pulvere terre evigilabunt alii in vitam eternam alii in obprobrium ut videant semper non quid bonos sed quia tollentur impius ne videat gloriam dei sed ut videant obprobrium suum semper Tu autem daniel signa librum id est scribe misteria sed non expone pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia Cui angelus

dixit Relinque posteris materiam exercitii Et desiderabat daniel scire quo tempore duraret obsessio antiochi Et vidit principem persarum stantem in ripa fluminis Et principem grecorum stantem in altera et virum indutum lineis stantem in medio super aquas et dixit ad eum Usque quo finis horum mirabilium Et elevans ille utramque manum suam in celum per viventem in eternum quia tempus et tempora et dimidium temporis Et ait daniel Domine mi quid erit post hec Et respondens ille iteravit illud tempus sed per alia verba dicens Cum ablatum fuerit iuge sacrificium et posita fuerit abhominatio in desolationem hoc est cum ablatus cultus dei et desolatio antichristus abhominaliter cohibebit se adorandum Erunt dies M CC XC id est tres anni et semis Postea intulit quid erit post hec dicens Beatus qui expectat et pervenit usque ad dies mille CCC XXXV Si diebus mille ducentis XC addantur dies XL V fient dies M CCC XXXV Itaque post mortem antichristi dabuntur et lapsis XL quinque dies ad primam Et est sensus Beatus qui post dies persecucionis pervenit ad dies super additos penitentie Tu autem daniel interim vades ad prefinitum tempus vite tue et requiesces et in fine dierum

S Et / tur / hijs — stabis in sorte tua id est resurges in ordine tuo

toria Suzanne quia he-
breus non habet in libro Danie-
lis et notavit eam fabulam
non quod inficietur rem ges-
tam sed quia in ea falsum
legitur de sacerdotibus
lapidatis quos Jeremias ad
ustos testatur et quia nos
fabulamur eam scriptam
esse a Daniele cum agnoscatur
greco scripta fuerit quod proba-
tur eo quod quedam allusio ver-
borum videlicet a pcto i.
cini cise apo ton primi
prisse. Tales enim allusio-
nes verborum ad arborum nomina
non inveniuntur in hebreo. In
translatione quidem nostra va-
riis allusionibus qualiter-
cumque legitur ut cum duobus
sacerdotibus sub scino vidit
Daniel verbum qui alludens
nomini scindet te deus me-
dium. Expressius fieret si
diceretur ita sub ilice et ad-
deretur illud angelus domini
scindet te. Eadem allusio
potest fieri ubi ad nomen
temporis ut si diceretur sub
est hoc scilicet sorba et vide-
tur seceret te deus. Hanc
eandem hystoriam notat
origenes fabulam in de-
cimo stromatum id est in-
structionum forte secundum
editionem quia sub obelo
et asterisco composuit scrip-
mata notavit quod per ea
plenius nos instruxit.
Apparet autem hoc factum
esse adhuc recenti capti-
vitate quia Daniel adh-
uc iuvenis erat. Iunior
Susanna uxor Ioachim
pulchra erat nimis et

consenserunt in eam duo
seniores populi iudices
illius anni de quibus dicit
dominus: Iniquitas egressa est
in Babilone a senioribus
iudicibus. Tradunt Hebrei
quia mulieres in hoc deci-
piebant eimuse esse de stir-
pe David et Christum de semine
suo nasciturum. Hii statuerunt
in domibus tempus quo Susan-
nam possent invenire so-
lam et latuerunt post me-
ridiem in pomerio Helchie.
Et ingressa est Susanna vo-
lens lavari id est ungi pro
consuetudine terre et misit
puellas ad afferendum oleum
et smigmata id est unguen-
ta. Est autem smigma ordei-
um cum palea. Unde faciunt mu-
lieres decoctionem forte ad
nitorem faciei. Cumque viden-
tes senes ad eam dixerunt:
Consenti nobiscum alioquin
feremus contra te testimo-
nium adulterii. Et elegit Su-
sanna incidere in manus
eorum potius quam peccare in
deum et exclamavit. Et ac-
currentes famuli irrue-
runt cum audissent se-
nes loqui. Altera die
statuta est Susanna in me-
dio populi. Et ponentes senes
manus suas super caput eius
contestati sunt se vidisse
iuvenem cum ipsam pariter
commiscentem. Et condempna-
verunt eam ad mortem. Et
exclamavit Susanna voce
magna ad deum. Domine
tu scis quia innocens mo-
rior. Cumque traheretur ad mor-
tem suscitavit deus spiritum pueri

cui nomen daniel. Non est
credendum hebreis qui dicunt
danielem fuisse mortuum
et tunc suscitatum et deinceps
pe[n]itus fuisse prophetam, sed tunc
manifestavit dominus spiritum
sanctum esse in eo qui prius quasi
latens quiescebat. Et ait
daniel ad populum. Reverti-
mini ad iudicium quia falsum
locuti sunt adversus eam.
Cumque revertissent, separavit
daniel senes ab invicem
et advocans unum dixit.
Sub qua arbore vidisti eos
commisceri colloquentes. Qui
ait. Sub cino quem latini
dicunt ylice vel lentiscum.
Et advocato altero dixit.
Sub prino. Et acclamavit
populus ad eos in eos propter dis-
sonantiam et interfecerunt
eos id est regi tradiderunt
interficiendos. Et factus est
daniel magnus in populo a
die illa et deinceps. Et rex
astrages appositus est ad
patres suos et suscepit cirus
regnum eius id est regnum
persarum. Forte hic determinatur
tempus quo liberata est su-
sanna quod scilicet cirus fac-
tus est rex persarum et darius
rex medorum, vel potius deter-
minat tempus sequentis hysto-
rie que hic inchoatur. Et ad-
huc stabat regnum babilo-
nis et erat in babilone
rex de quo statim sequitur.
Erat autem daniel conviva
regis et honoratus super omnes
amicos eius. Cuius nomen
quia tacet hystoria potest
intelligi fuisse pater baltha-
sar vel ipse balthasar sub
quo factum est a daniele quod
legitur in fabula belis et
draconis, quia fabulam ap-
pellant hebrei eo quod falsum
legitur in ea et impossibile
de translacione abacuk. Et
refert Ieronimus quod tunc di-
xisset ei hebreus prius ta-
lem translacionem corporalem
numquam facta esse. Audivit
quondam scioli qui erant an-
tiqui ezechielem translatum
esse de caldea in iudeam
et irrisit eum hebreus dicens
In litera expressum est quod eze-
chiel translatus est in spiritu. Unde
apostolus in secunda ad corinthios lo-
quitur est dicens. Sive in
corpore sive extra corpus ne-
scio deus scit. Et addidit
hebreus nil in hac fabla
propheciam narrari sed o-
pus tamen ex industria factum

De ydolo belis et draconis

Erat enim in babilone
ydolum nomine bel
et impendebantur
ei diebus singulis de
simila XII artabe et
oves XL et vini amphore
amphore VI. Est autem artha-
bea apud caldeos eadem men-
sura que et ephi apud
hebreos mensura scilicet
trium modiorum. Et rex babi-
lonis illud adorabat per sin-
gulos dies et dicebat dani-
eli. Quare non adoras bel.
Qui respondit. Non colo factum
sed creatorem deum vivum vi-
ventem. Et ait rex. Nonne
videtur tibi bel deus vivens
qui tanta cottidie comedit

et bibit. Cum vidit quod illu-
sus est et panes omnes
et vinum comedit. Et vo-
cavit rex sacerdotes et ait:
Nisi dixeritis mihi quis co-
medit impensas has, mo-
riemini; si autem ostenderitis
mihi quod Bel comedat haec,
morietur Daniel. Erant autem
sacerdotes Bel septuaginta exceptis u-
xoribus et parvulis. Et venit
rex cum Daniele in templum.
Et dixerunt sacerdotes: Nos
egredimur foras et tu rex
pone vinum et escas et claude
ostium et signa anulo tuo et
nisi inveneris mane omnia co-
mesta a Bel moriamur. Et po-
suit rex ante Bel cibos et Dani-
el cribravit cinerem per totum
pavimentum coram rege. Et
clausum est ostium et signa-
tum anulo regis. Sacerdotes
autem ingressi sunt nocte illa
iuxta consuetudinem suam cum
uxoribus et liberis et consumpse-
runt omnia. Fecerant enim
sibi cuniculos sub terra et ab-
sconditum introitum sub mensa.
Diluculo venit rex ad tem-
plum et Daniel cum eo et in-
venerunt signa salva. Cumque
aperuissent ostium intui-
tus rex mensam vacuam
conclamavit: Magnus es
Bel. Et tenuit Daniel regem
ne ingrederetur et ait:
Animadverte vestigia pedum
super pavimentum. Et iratus
rex apprehendit sacerdotes et
ostenderunt ei ostiola per quae
ingrediebantur. Et occidit
eos rex. Et dedit Bel in manus
Danielis qui subvertit eum
et templum eius. Erat autem in eodem

loco draco magnus latens
in fovea et adorabat eum
Babilonii. Sacerdotes eius
habebant hydraulia id est va-
sa facta de coriis vitulorum
et pertrahebant ea vigiles coram
illis ut facerent sonitum terribi-
lem quasi tonitruum ad quem
concitatus draco quasi emitte-
bat fumum quasi ignem quasi
visibiliter apparebat. Et dixit
rex Danieli: Non potes dicere
quia iste non sit deus vivens.
Et ait Daniel: Da mihi potestatem
et interficiam eum absque ferro
et fuste. Et dedit ei. Tulit
ergo Daniel picem et pilos et
adipem et coxit pariter et fe-
cit massas deditque in os dra-
conis et suffocatus crepuit.
Et indignati Babilonii dixe-
runt: Iudeus factus est rex. Et
dixerunt ad regem: Trade no-
bis Danielem alioquin interfi-
ciemus te et domum tuam.
Et compulsus tradidit eis
qui miserunt eum in lacum
leonum et erat ibi sex diebus.
In lacu erant leones septem et
dabantur eis cotidie duo cor-
pora dampnatorum et due oves
et tunc non sunt data eis ut
devorarent Danielem. Erat
autem Abakuk propheta in Iudea
qui ferebat pulmentum mes-
soribus et ait angelus ad eum:
Fer prandium in Babilone Da-
nieli qui est in lacu leonum.
Domine, Babilonem non
vidi et lacum nescio. Et tu-
lit eum angelus in capillo capitis
sui. Et posuit eum super lacum.
Et clamavit Abacuk: Da-
niel serve dei tolle prandium
quod misit tibi deus. Et gratias

daniel agens comedit /
Porro angelus domini restituit
abacuk in loco suo. Venit
quoque rex die vii. ut lugeret
danielem et videns eum
sedentem in medio leonum
exclamavit magnus es do-
mine deus danielis. Et extra-
xit eum de lacu. Porro il-
los qui perditionis eius cau-
sa fuerunt intromisit et devo-
rati sunt in momento coram
eo.

Abacuk fuit de tribu
symeon. Hic previdit
captivitatem in ierusalem ventu-
ram et adventantibus cal-
deis fugit in ostracenam
et erat incola in terra ismael. De-
scendentibus vero caldeis inde
in egyptum qui peregrinabantur
in terram suam et scripsit li-
brum et in principio causatur
adversus deum cur impium
vastasset populum dei. Et iustum cur
eius cum ipse clamaret et
non exaudiretur. Sed in specu-
latione aperuit ei dominus cala-
mitates circumstantium natio-
num futuras per nabuchodo-
nosor longe maiores et
tandem ipsum nabuchodonosor
periturum et ideo a murmure
conversus est ad preces et orationem.
illi dominus adventum christi di-
cens. Si moram fecerit expec-
ta eum quia veniens veniet
et non tardabit. Et imprecatus est abacuk nabuchodo-
nosor inter plurima dicens
Ve qui potum dat amico suo
mittens fel et inebrians
ut aspiciat nuditatem eius
quod fecit nabuchodonosor
sedechie. Ultimo scripsit

canticum Domine audivi et
cetera. Hic dum ferret pul-
mentum messoribus dixit do-
mesticis suis. Ego in terram
longinquam vado et cito redi-
bo. Si tardavero perferte
tibi messoribus. Et cum
fuisset in babilonem subito
implevit messoribus. Intel-
lexit autem quod celeriter esset
populus a babilonis reversurus.
Unde paulo longe post libertatem
liberationem suspendit eos esse
factum. Signum autem reditus de-
dit his qui erant in iudea.
quod visuri essent lumine in
vestibulis templi. Ultimam quoque
templi desolationem predixit
quod gens occidentalis eam
esset factura. Tunc inquid ve-
lamen sancti sanctorum scin-
detur et duarum columpnarum
capitulia auferentur et quo
sunt nullus agnoscet. Ipsa vero
in heremo adducentur et ex
inde ultio qui persecutionem susti-
net a serpente illuminabit do-
minus sicut a principio. Et mor-
tuus est abacuk et sepultus
in agro proprio solus. Dixit de
daniele quidam super iudeos pro
reditu populi in iudea nec satis
de fructu at sepultus est in specu
ra regali solus cum gloria. Hic est
daniel qui dedit signum in mon-
tibus super babilonia dicens
Cum ipse meridie aborta fu-
migabit veniet finis ba-
bilonie. Quando vero velud ig-
nis ardebit finis erit. Vni-
verse terre quando ad partes bothi
bothi aque decurrerint
venorientem populus ad terram su-
am quando sanguine fluxerint
erunt gaudia balaali in ...

Post de Ciro iuxta tra-
mortem darii medi
cyrus monarchiam
tenuit orientis ong
sedem posuit apud persas
licet regnum medorum maius
esset et honorabilius eo quod
ipse enim sublimaverat in re-
gem iste fuit nepos darii
ex sorore, nepos non astiagis
Unicam habuit filiam et vidit
sompnium quod de genitalibus
filie oriebatur vitis que tota
occupabat asiam et a ceteris
a coniectoribus se scitum ne-
potem ex filia qui dominus esset
asie et ipsum eiceret a regno
Unde timens dedit filiam suam
militi plebeio ne filius qui ex
ea nasceretur nobilis et potens
Postea filiam pregnantem accersivit
et natum ex ea filium cuidam
harpago amicorum suorum
tradidit occidendum Qui cre-
dens reginam successuram ad fili-
am filium ipsius veritus est
occidere et uni de pastoribus
regis tradidit puerulum expo-
nendum in nemore Qui cum
exposuisset eum et id indicasset
uxori que in diebus illis
pepererat supplicavit ei
multum ut parvulum ei defer-
ret alendum et proprium pro
exponeret Cumque rediisset pa-
stor ad puerum invenit ca-
nem prebentem ei ubera et
a feris et avibus defendentem
Cumque tulisset eum ad uxorem
allusit ei tamquam diu
notum vocavitque puerum spartacum
id est catulum Spartos enim
persice canem sonat Cum-
que esset quidam ludus vulgaris a pue-
ris ludentibus factus et rex eo-
rum et contumaces et in-
obedientes sibi cum fustibus af-
fligebat Unde quidam
ferientes patres eorum verbum
detulerunt ad regem de filio
pastoris Unde cum adductus es-
set rex et argueret eum
quod pueros plagasset ille
intrepidus se ut regem fecis-
se respondit Et admiratus
est rex Et quedam signa
generis sui mox deprehendens
accersito pastore secretius
veritate rei agnovit Hoc
rupta tamen timor eius de ne-
pote mitigatus est estimans
quod verbum coniectorum de reg-
no impletum esset in regno
puerorum et eidem qui prius
commiserat occidendum co-
misit alendum indicans ta-
men esse nisi pastoris fi-
lium quendam illius secretarii
sui clanculo dedit patri
ad comedendum quia non
obedierat domino suo et post
idipsum indicavit ei Factum
est autem ut astiages e-
deret exercitum illi secretario
ad hostes expugnandos Ip-
se vero prodit in media Ser-
vo ille non immemor male-
ficii regis persuasit exercitui
ut spartacum regem persidis
sibi eligerent Et cognomina-
vit eum tyrum quod interpreta-
tur heres quasi diceret licet re-
luctetur astiages hic est he-
res Unde facto timens asti-
ages darium consobrinum
adoptavit sibi in filium Et

collecto exercitu congressus
est adversus tyrannum. Confu
gierunt perse retro ad
domos et matres egresse ad
eos et detectis posterioribus
suis aiebant. Vel vultis
ne intrare in uteros ma
trum et renasci. Hoc pudo
re compulsi ipse acriter fe
redierunt in hostes et vic
tus est astiages. Cyrus autem
magis concupivit se illi ne
potem quam victorem. Nam
regnum chaldeorum conces
sit ei dario non tamquam fratri
matris sue tradidit regn
um medorum tamen sub cer
ta spe revertendi ad ipsum

De licentia redeundi data iu
deis

De licentia redeundi data iudeis

Itaque cum universum re
gnum devolutum esset ad
eum in hunc regni an
no primo suscitavit do
minus spiritum eius ut im
pleretur verbum ieremie. Et
dedit libertatem omnibus
iudeis qui erant in univer
so regno suo et licentiam
redeundi in iudeam et
edificandi domum domini. Co
tatus autem fuit ex verbis ysa
ie qui ante c. et x. annos
scripserat de ipso dominum di
centem. Christo meo cyro cuius
apprehendi dexteram subici
am regna et gentes. Ipse
reedificabit domum meam
ierusalem. Ut ergo hanc universi
tam septimam impleret
etiam septimam libertatis et
licentie tradidit in universo
regno suo dicens. Omnia
regna terre dedit michi

dominus celi. Credo hunc esse
quem gens israhel adorat.
In hac epistola ortatus est et
iudeos ut ascenderent in
iudeam et qui nollet as
cendere iuvaret ascenden
tes in pecunia et vestibus
et iumentis. Porro claris
simi iudeorum habitabant in
babilonia id est intra ba
bilonis eversa (?). Babilon
enim proprie nomen est civitatis
babilonia vero nomen regi
onis licet unum pro alio se
pe legatur. Fuit eos za
charias natus in caldea iam
prophetabat. Hic benedixit
salathiel in filio vocans
eum zorobabel quod inter
pretatur magister babilonis
qui dicebatur. Hic erit magister
captivitatis babilonice.
Ad cuius prophete exhortationem
primi surrexerunt viri iu
da ut ascenderent in ierusalem.
Post ea vero viri beniamin
et levite. Propterea ut dicit
iosephus a iuda cognominati
sunt iudei. Huius enim nominis
plures fuerunt tamen super
turrim babel legitur quod
ab eram (?) qui cognominatus
est iuda dicti sunt iudei a
libi quod a iuda filio iacob a
libi quod a iuda machabeo.
Porro ascensuri in iudeam
alios hortabantur sed pau
cos invenerunt qui assen
tirent eis et propterea tam
in cohortatione quam in appa
ratu tres annos compleverunt.
Igitur tercio anno tunc egressi
in

sunt sub Zorobabel duce et
Jesu magno sacerdote adhor-
tantibus eos Zacharia propheta
et Aggeo iuvene sed postea
propheta. Erant enim tunc mille
fuerunt ac de Judeis xliii et
cccc lx. Reliqui vero erant ser
vi et ancille et homines quibus
permissum et remisit cum eis
Cyrus partem vasorum domini
v et xl. Inter que ponit
Josephus refrigeratoria quorum
usum non legi. Ascenderunt
etiam quidam cum eis dicentes se
esse de genere sacerdotum. Cumque
quererent scripturam genealo
gie sue et non invenirent
recepti sunt in istis sed eie
cti a sacerdotio. Et relicti sunt
in urbem et in civitates Jude

septuagesimo

Hic. De anno septuagesimo
Hic est annus septuagesimus
relaxande captivitatis
que predixit Jeremias. Ita et
Josephus primum annum Cyri dicit
esse fuisse viii vicesime decem
dies. Itaque tribus annis fuit
Cyri septuagesimus. Cui conso
nat Josephus dicens primo an
no imperii Cyri lxx consu
mebatur vel imminebat. De
eodem legitur in Paralipomenon. Qui si
evaserat gladium ducti in Babi
lone servivit regi et filiis
eius donec imperaret rex P
ersarum et compleretur sermo Je
remie et celebraret terra sab
bata sua usque dum complerentur
lxx anni. De eodem meminit
Daniel anno primo Darii:

intellexi numerum annorum ut com
plerentur desolationis Jerusalem
lxx anni. Ecce ipsi plane predixe
rat Jeremias in epistola quam dire
xit ad transmigrationem. Cum cepe
rint inquid impleri lxx
anni visitabo et reducam vos
ad locum istum. Alibi tamen videtur
velle Jeremias quod an eversi
one Babilonis completi essent,
ubi ait: Servient omnes gentes
iste regi Babilonis lxx annis.
Cumque completi fuerint anni
lxx visitabo super regem Babilo
nis et super gentem illam ini
quitatem eorum dicit dominus et po
nam terram in solitudines sempi
ternas. Rogat autem auctoritate
fabulantur Judei ut supra di
ximus exultasse Balthasar
et convivium fecisse. Hic autem
loquitur Jeremias de lxx annis
non captivitatis sed iniquitatis
Nabuchodonosor ex quo cepit oppri
mere finitimas nationes. Huic
opinioni attestatur Affricanus
agens de Neemia et xx°
anno regis Arthaxersis dicens:
Eo tempore regni Persarum cxv
anni fuerunt evoluti. Captivitatis
autem Jerusalem clxxxv. Eusebius
tamen in libro cronicarum videtur
obloqui predicte. Secundum annum
Darii filii Ydaspis dicens fuis
se lxx secundum auctoritatem Zacha
rie qui secundo anno Darii scribens
audivit virum stantem inter
mirteta dicentem: Domine
exercituum usque tu non misereberis
Jerusalem et urbium Juda quibus
iratus es. Iste iam est lxx annus

Et p9 pauca Cum ieiuna
retis p hos lxx annos nunq
ieiunium ieiunastis m chri
huic ꝯ consonat clemens
in pmo stromate dicens Et
pseuerauit captiuitas annis
lxx et usq ad scdm annu da
rii filij ydaspsis Videt q eus
bius distingwe int lxx an
nos captiuitatis et lxx anos
desolacois tepli dicens scdm
nonullos usq i annu vicesim
cyri colligit ome tpus cap
ti lxx a tcio ano Joachim
filij iosie Porro scdm alios
ab anno xiijo iosie usq ad p
mu annu cyri colligut an
capti lxx desolacois uero
templi sub dario rege complen
tur lxx Hor opioni ꝯsonat
glosa Jeronimi sup Ezechiele
ubi agit de dormicione sup
latus dextru dicens qd pmo
ano cyri fluxerant an de
solacois templi xxx Por
ro hor opinio de ano lxxo
magis certa e et pluimu auc
toritatibus sanctita sola za
charie auctoritas nos mouet
Iste iam lxx annis est eo
qd forte determinari pt ut ia
accipiat de psterito quasi d
lxx9 annis iste noto sz et
famosus iam diu est forte
dicitq in zacharia lxx9 annis
no captiuitatis sed ꝯuiteta
tis que scdm hebreos incho
auit ano xxx ante cyri mo
narchiam De reedificacione

templi

Porro in ano regres
sionis in iudeam cogre
gatus e pplus quasi vir
unus i ihrlm et edificantes

altare collocauert illud sup
bases suas et obtulerut
sup illud holocausta dnno
mane z uespe fecerutq so
lepnitate tabnaclor Vnde
uo habuerut igne nescim
nisi forte de calculis ueter
altaris excusserint illum
Anno at scdo iecerut funda
menta templi Qd audie
tes samarite uenerut ad eos
et dixerut Edificemus uobi
scum quia ita ut uos querimus
dnm urm Et dixerut duces
isrl Non e nobis z uo
bis edificare dnm sed nos ei do
mu edificab Hoc em iussit no
bis rex cyrus precepit Cumq
apparuissent fudameta sup
tram eleuauit pplus uocem
in iubilacione Porro quida
seniores qui uiderat templu
prius eiulabat uoce mag
nc poterat quisqua agnosce
clamore letanciu z plangciu
eiulanciu Porro samarite
indignati impediebant
manus eorz Cumq pse im
pedire no possent dederut
munera pncipibus regis persaz
qui erant positi sup tram
qui precijs corrupti uendi
derut eis negligenciam edi
ficacionis cyro tamen ignorante
et adeo impedierut eos
qd in xxx annis quibus cyrus
regnauit no erexerut mu
ros templi nisi usq ad fu
ndacione Porro cyrus
cu percussisset cresum impo
sterum aliam gentem
lidorum bellicosissimam

de reedificacione tepli

astute redegit misericordiam simula
didit enim eis solempnitates
et ludos prebens eis ut lu
sibus comessationibus et am
plexibus vacarent quasi beni
volenciam in eos ostenderet et
in hunc modum eos enervavit
et quos bello non poterat ple
bidine expugnavit. Postea vero
transgressus araxem a regina
massagetarum thamari victus
et occisus est cruce caput illius
precisum in utre pleno san
guine humano proiciens in
sultando dixit satia te san
guine quem sitisti Incidentia

In diebus ciri scriptorum ro
manorum tarquinius super
bus qui tarquinius tarquinii mi
nor filii sui qui lucreciam
corrumpit a regno est expulsus
hic genera tormentorum exco
gitavit vincula taureas fu
stes lautumias carceres com
pedes cathenas exilia me
talla etc. De Cambise

Mortuo ciro successit
ei filius eius cam
bises qui apud Esdram
artaxerses ut assuerus
dicitur In hystoria vero iudith vo
catur nabuchodonosor. Tunc
principes terre qui impe
diebant hebreos scilicet reum
bethleem quem Josephus dicit
scriptorem omnium accidentium
et alii qui inhabitabant
syriam et phenicem et omnes
regiones ultra eufratem
scripserunt cambisi quod iu
dei reedificabant urbem ur
bem pessimam et semper regibus
persarum rebellem et te

plum ad similitudinem castri
que ob rebellionem prius de
structa fuerant. Et iussit reedi
ficationem statim negaret regi
tributa et annonas. Unde etiam
patet regi transitus in syria
Hec autem dicebant se timere
morari ei quia in mercedes
erant salis quod in palacio
comederant et consulentes
vero invidebant hebreis reedi
ficationem. Et iussit artaxerses
cambises potentiam invidencium
eam persolvit et intermissum
est opus dei in urbe usque
ad secundum annum darii filii ystaspis
persis postea in cambise finitur
est quod in hystoria iudith scri
bitur etc. De Iudith etc.

Hanc historiam transtulit Jeronimus ad pe
ticionem paule
et eustachii de cal
deo in latinum. Hic
liber apud hebreos inter hysto
rias computatur et inter apo
crifa quod dicit Jeronimus in prologo
qui sic inchoat apud hebreos et iu
das liras etc. Sed ergo in prolo
go super iudith aliubi legitur
inter agiographa vicium est scriptoris
quod in ipso titulo deprehendi
potest quem synodus nicena in
numero sacrarum scripturarum recepit
Transtulit autem ea prius variis
et corruptas editiones magis
sensum ex sensu quam verbum ex
verbo sequens. Mortuo itaque
ciro quidam arphaxat me
dus in mebathanis sumi
psit et reparavit et muni
vit eam inexpugnabilitur

de Iudith

Incipit liber Judith qui toto in uno
magno capitulo continetur

quasdam partes medie et
conciliauit ut tandem toti
medie imperaret. Nabucho
donosor uero rex assiriorum
qui regnabat in niniue
anno xii° regni sui obtinu
it arphaxat in campo ragau
qui est inter eufraten et
tygrim. Hic est cambises
cuius pater adhuc uiuens in
niniue et regnum assiriorum
concessit et nabuchodonosor
cognominatur. Hic mortuo
patre duodecimum illius re
gni agebat annum. Nam in
regno monarchie non nisi
viii annis regnauit. Qui post
quam factus est monarchus
exaltatum est cor eius et mi
sit ad omnes qui habitabant
in cilicia et damasco et liba
no et carmelo galilea et
samaria et usque in ierusalem
exigens ab eis tributa lon
ge grauiora quam prius. Cum
omnes uno animo contradixe
runt. Tunc iratus rex iurauit
per thronum suum quod defenderet
se de omnibus. Igitur anno xiii
regni sui precepit holoferni
principi militie sue ut
egrederetur per regiones illas
et nulli homini uel municio
ni parceret oculus eius.
Cum egressus esset cum exercitu
et operuerunt faciem terre sicut
locuste. Cum cum uastasset
ciliciam et mezopotamiam
et madianitas miserunt
ad eum principes prouinciarum
dicentes. Desinat indigna
cio tua circa nos. Melius nobis
bis pacifice et seruire tibi
tio suo sicud placuerit

tibi. Et descendit de montibus
cum uirtute magna et obtinuit
omnes ciuitates et destruxit
eas et omnes deos terre exterminat.
Dixit enim precepit nabuchodonosor
ut ipse solus deus diceretur
ab hiis nationibus que po
tuissent holofernis pote
ncia subiugari. Et audientes
filii israel timuerunt valde
ne similia faceret in ierusalem
et in sanctuario dei. Et mi
serunt in omnes terre partes quos
potuerant iter esse in ierusalem
et muniunt angusta uiarum
et humiliauerunt se coram
domino ad exhortacionem eli
acim sacerdotis filii ihesu
filii iosedech uel forte alterius
quia ipse ihesus erat circumuen
tebat ad exhortacionem filiorum
israel in montibus. Et operue
runt sacerdotes altare domini
cilicio et ipsi induti erant ci
licio offerebat holocausta
et clamabat ad dominum. In
Nunciatum est holofer
ni quod filii israel pararent se
ad resistendum et montium
itinera conclusissent et uo
cauit duces amon et moab
dicens. Quis est populus iste
qui montana obsidet aut
que est uirtus eorum. Tunc
achior dux filiorum amon
respondit replicans ei
quo populus ille primo uenis
set de caldea per mesopo
tamiam in terra chanaan.
Cumque descendisset in egyp
tum redemisset eos deus eorum
in terram promissam. Nunc
autem placatus erat eis nec
poterant eis resistere. Cumque

vos irritabant enim flag
ellabat eos qui deus erat
dicens iniquitatem Nunc
autem redimpeat eos in
ptm de sententia nabucho
donosor tui tradideat eos
pro peccata sua et tunc obtine
bant montana hec Et
di addit achior persecutionem si
deus eorum offensus est eis
et potis eos oppugnare
Alioquin non prevalebis eis
Et iratus holofernes dixit
ut ostendam tibi quia non
est deus nisi nabuchodonosor
colligat hora illorum pplo so
lucebit ut cum illis pariter
peras Tunc precepit holo
fernes servis suis ut duce
rent eum in bethuliam
antequam castra metata fu
erant Cumque traherent eum
fundibularii egressi sunt ad
versus eos et timentes liga
verunt achior ad arborem
et reversi sunt fundibularii
solventes eum statuerunt
eum in medio seniorum et
populi Aspiciebant quid de ie
rusalem in bethulia du
os sacerdotes et principem
oziam de tribu symeon
Cumque exposuisset eis a
chior que sibi missus
esset ab holoferne ad eos
recepit ozias eum in domum
suam Et factum est autem ut
inveniret holofernes
ductum aquarum que influeb
at in civitate parvacu
las que bibebant aquam

de alveo platee rivu
las aque ductus et incisum
to aque ductu abstulit
eis aquas Erant et non
longe a muris fonticuli
quibus cives furtim uteba
ntur ad refocillandum potius
quam ad bibendum Et experti
amonite ad holofernem
Si nos eos obtinere sine
bello et sanguine appone
fontibus custodes Et depo
posuit et defecit aqua
de cisternis per xx dies
Et clamaverunt populus ad eos
qui venerant de iherusalem Iudi
cet dominus inter nos et vos quia me
lius nobis erat sine ho
loferni quam siti perire Et di
xerunt sacerdotes Sustine
amus adhuc per v dies si
forte faciat nobiscum deus
miam Erat autem in civitate
Iudith vidua tribus annis
multum pulchra nimis set
casta de tribu ruben que
arcitos sacerdotes reprehe
ndit eos quod temptassent deum
et terminum dierum imposuis
sent miserationis eius et ait ad
eos Opus dei factura
sum quod non indicabo vo
bis State hac nocte ad
portas civitatis et ozias
vobiscum ut egrediar per
manum vestram Cumque illi ab
issent oravit ad dominum
dicens Domine deus patris
mei symeon qui dedisti
ei gladium in alienigenas
dirige manum ancille tue
Nam commendavit filium sychem
quod detestatus est iacob

sed vltionem factam a do
mino per manum impii. Cumque
orasset lauit se et corpus
vnxit se mirro optimo
et induit se vestibus iocun
ditatis sue. et vocauit ab
ram suam id est ancillam
vel seruam nomen est ancil
le. Et imposuit scaphe eius
ascopam vini et vas olei
et polentam et lapatas i
tibus oleribus id est farinam et
panes et caseum et profecta
est. Et admirati sunt sacer
dotes pulcritudinem eius
et orauerunt pro ea. Cumque
descenderet montem occur
runt eam exploratores
et duxerunt eam ad taber
naculum holofernis. Qui sta
tim captus est in oculis suis
vel eius. Sedebat autem holo
fernes in canapeo purpu
ra et auro et gemmis contex
to hoc est sericum reticulum
muscarum dictum sic a cana
po oppido egipti in quo inue
tum est. Alii dicunt canope
um qui instar coni a lato
ascendit in acutum. Et dixerunt
assyrii. Quis contempnet
populum hebreorum qui tam pul
chras mulieres habet ut pro
his merito pugnemus contra
eos. Cumque orasset iudith
dixit ad eam holofernes.
Cur complacuit ut ad nos
venires. Que vndit. Certum
est quod impeditum ibit populus
in captiuitatem quia offendit deum
suum. Verum eius punctuali
bus impendit alienigenis
insuper ordinauit ut bibat
sanguinem peccatorum suorum

que lex dei omnino prohibet
gustare. Nam et fame et
siti iam iniuriam mortuos se
putant et misit me dominus
hec ipsa nunciare tibi qui
ducet in tempore reddet eis peccatum
suum et ego veniens in medio iudea
te usque ad ierusalem. Et habebis
omnem populum sicut oues quibus
non est pastor. Et ait holo
fernes. Si fecit hoc in deus
tuus erit et deus meus
id est in domino deorum habebo il
lum. Et tu magna eris in
domo nabuchodonosor. Et
fecit eam introduci vbi cant
reposuit thesauri eius. Cumque
disponeret quid daret ei de
conuiuio suo ait iudith. Ego
hiis que michi detuli man
ducabo ne veniat super me
ira dei. Cui holofernes. Cum
defecerint ista quid faciemus
tibi. Que vndit. Viuit anima
tua quoniam non expendet
hec omnia ancilla tua donec
faciat deus in manu mea hec
que cogitaui. Petiitque sibi da
ri copiam nocte egrediendi
foras adorandum deum suum.
Et ita per triduum noctibus exi
bat et baptizabat se in aquis
et orabat deum israhel. Quar
to die fecit holofernes cenam
seruis suis et dixit ad vagao
eunuchum persuade hebree
illi ut sponte consentiat
michi secum. Est enim apud
assirios ut nisi illudens viro
in immunis transeat abs. Et
ait ad eam vagao. Non ve
reatur bona puella introire
ad dominum meum. Que vndit.
Numquid illi placuerit illud
erit optimum michi om

omnibus diebus vite mee. Et cum
ornasset se stetit ante fa
ciem holofernis. Cumque lo
tuda factus est bibitque vinum
quantum nunquam biberat in vita
sua. Et cum sero esset festi
naverunt servi ad hospicia
sua et erat iudith sola in
cubiculo. Et porro holofer
nes iacebat in lecto nimia
a ebrietate sopitus dixitque
iudith puelle sue ut sta
ret ad foras et foras obs
ervaret et orans cum lacri
mis dicens Confirma me
domine deus israel et respice in
hac hora ad opera manuum
mearum. Et solvit pugionem
de columpna que erat ad ca
put lecti et percuciens bis cer
vicem abscidit caput eius
et tradidit illud abre ab
re sue et tollens canope
um egressa est. Cumque venis
set ad portam civitatis cla
mavit Aperite quia nobis
cum est deus qui fecit virtu
tem in israhel. Et occurre
runt ei omnes a minimo
usque ad maximum cum lumina
ribus et proferens caput ho
lofernis et canopeum ait
Confitemini domino qui dedit
nobis victoriam in manu
mea et reduxit me imma
culatam. Et vocatus est achi
or et viso capite holofer
nis pre timore cecidit in terram
sed resumpto spiritu adoravit
iudith. Et tunc dixit ad populum
Suspendite caput hoc super
muros et diluculo facite
impetum in hostes qui ter
bati procedent dum sui intenti

in fugam. Tunc achior
circumcidit carnem prepu
cii sui et appositus est ad
populum israel. Et misit ozias
nuncios per civitates iude
ut egrederentur per eos. Por
ro egressi sunt hebrei mane.
Et dixerunt assyrii Egres
si sunt mures de cavernis
suis. Cumque intrasset vagao
ut excitaret holofernem vi
dit cadaver sine capite et
ingressus tabernaculum iudith
non invenit eam. Et excla
mavit ad populum Una mulier
hebrea fecit confusionem
in domo nabuchodonosor.
Et ecce caput holofernis
non est cum eo. Et turbati
sunt valde fuge presidium que
rebant. Et insecuti sunt eos filii
israel et persecuti sunt eos usque
ad extremitates finium suo
rum. Reliqui vero ...
collecta sunt spolia assyriorum
et universa que peculiaria
holofernis fuerant dede
runt iudith. Ioachim autem
summus pontifex venit de ie
rusalem cum universis pres
biteris ad videndum eam
et benedixit ei. Tunc canta
vit iudith canticum domino
dicens Incipite domino in
tympanis et cetera. Omnis
canticum in venies quod dicat
Ieronimus super psalmum Do
mine dominus noster quia cum in he
breo legitur nomen domini qua
tuor sicut hic Adonai
domine deus. Primum est tetra
gramaton secundum nomen
domini tamen in fine can

tia prophetauit de die iudicij
visitabit suos et iudicabit
impios ut viuant in perpetu-
um. Post hec ascendit iudith
in ierusalem cum populo et obtulerat
domino vota et repromissiones
suas. Porro iudith vniuersa
vasa bellicosa holofernis
et canopeum obtulit in a-
nathema obliuionis. Et po-
pulus iocundatus omnis populus
et diem hunc in numero sanctorum
dierum recepit. Vocantes
cambisem secundum nabucho-
donosor. Et rediit iudith
filia merari i ubernice in be-
tuliam. ex matre fuit de sy-
meon et fuit in viduitate
omnibus diebus vite sue. Et
completis c v annis mor-
tua est et sepulta cum viro
suo manasse. Et dimisit ab-
ram suam suam liberam
et planxit eam omnis populus
vii diebus. Porro cambi-
ses ingressus est egiptum
et vastauit eam et abhomi-
natus religionem eius ce-
rimonias et templa depo-
suit et edificauit babilone
in egipto. Cumque rediret
ab egipto egrotabat et se-
rabatur terciarijs regnum
et mortuus est in damasco.

De duobus magis et da-
rio filio histapsis C

Post cam- De duobus
bisem magis et dario
filio histapsis
Primus de septem ma-
gis qui iudicabant reg-
num persarum erencides no-
mine regnum persarum obti-
nuit dicens se patheci fili-
um cambisse in vxorem
simulans se non velle

regnare sed commendare regnum
mergi fratri cambisse quia
puer erat. Hunc tamen mer-
gim cambises prius occiderat
in penetrabilibus templi so-
lo ista erencide conscio huius
sacrilegij et parricidij. Cui-
us vii menses regni sui
moreretur erencides. Substi-
tuit sibi fratrem iuuenem ele-
gantem forma et virilibus di-
ceres hunc esse mergym cam-
bisis filium et cambisse fratrem. Hec
autem simulatio regnum de faci-
le fieri potuit in perside quia
ad regem fere nullus intrabat
preter domesticos eius. Vnus
autem de septem magis cepit il-
lum habere suspectum suspi-
cans eum non esse mergym.
Hic magus inter concubinas
regis filiam habebat qui secre-
cius loquens cum ea monuit
eam ut de nocte attencius
palparet caput regis et de-
prehenderet utrum auriculas ha-
beret. Hunc enim fratrem ere-
neidis quoniam sibi offensum
cambises mutillauerat auri-
bus. Cumque puella deprehendisset
eum aures non habere indica-
uit hoc patri. Cum igitur reli-
quis magis indicasset coniu-
rauerunt in eum et occide-
runt eum. Et non regnauerunt
parum isti duo fratres. Porro
vii magi cum tractarent inter se
quis eorum duceret filiam regis
et regnaret pro eo complacuit
eis ut tali vaticinio vnus
eorum eligeretur. Diluculo
uenirent super equos suos
matutino palacij ante fores
templi et cuius equus prior

hinnitum daret, sedem acciperet, decretum regem constituerent. Erat Darius autem filius Ydaspis, qui sollertius locutus custodi equorum suorum mandavit ei ut in loco ad quem in crastino convenire debebant, equo suo de nocte supponeret equam. Quo facto cum intrassent septem magi ad eundem locum, dum venissent, statim ad equae memoriam equus Darii hinnitum dedit, et sine cunctatione in regem sublimatus est. Et regnavit annis xxxvi. Iste est regni Persarum huius familiaris erat Zorobabel. Cum enim interdixisset Cambises reedificationem templi, ascendit Zorobabel et pluribus Darii in iuventute temptavit animum regis inmutare, sed non potuit, et tunc persuasit Dario secretius ut voveret votum Deo ipsi quod si eum regem faceret, restauraret eius templum et domini sa domum vasa quae adhuc erant penes reges Persarum remitteret in Ierusalem.

De confirmatione templi et Aggeo et Zacharia

Quumque audisset itaque Zorobabel hunc regnare, fiducialiter aggressus est reedificare templum, Aggeo et Zacharia exhortantibus populum, qui praedicabant Deum eis offensum eo quod habitarent in domibus laqueatis, et domus Dei esset desolata. Hoc signum irae Dei esse dicebant quod seminabant multum et inferebant parum. Principes vero regis Persarum qui erant trans flumen impediebant reedificationem. Cumque respondissent seniores Iudaeorum quod Deus summus hoc eis praeparat, tunc nephas esse contradicere, placuit utrisque ut res ad Darium referretur. Et ascendit Zorobabel cum multis principibus ad regem et honoratus est ab eo super quam sperabat. Nam in cubiculo regis dormiebat cum aliis duobus cubiculariis. Porro Darius rex cenam [illegible] buit satrapis Persarum et praefectis Indiae et Aethiopiae et magistratibus cxxvii provinciarum. Ea nocte expergefactus nocte ducebat insompne, et proposuit quaestionem tribus custodibus corporis sui, quid de tribus fortius videretur, rege, scilicet, vino et muliere, promittens munera et honorem ei qui sapientius responderet. In crastinum coram satrapis et magistratibus assederunt illi tres, et ait primus regem esse fortiorem ceteris. Cum enim praesit homo ceteris animantibus, rex praeest homini et ad nutum eius omnia fiunt. Secundus praetulit vini fortitudinem, quod homo non praesit ceteris in animi fortitudine, vinum superat ipsam animi fortitudinem. Tertius Zorobabel vero mulierem fortiorem utrisque asseruit. Nam et regibus et omnibus qui vites plantant mulieres vitam conferunt et alimo-

mia et adirabitur usque per
ducimur et pro mulieribus
homines animas ponere non
timent. Retulit quoque se vi
disse concubinam magdon
regis alapas regi impone
tem. Cumque illa arrisisset
regem arridentem et ea
molesta regem molesta
tum. Super hec omnia ve
ritatem dixit esse fortiorem
que immutabilis est et sem
piterna. Veritas enim dei sua
treancat et ad eius provi
dencia orbis regebatur et
nichil ei resistere potest. Cum
que omnes iudicassent for
tiorem omnibus esse veritatem
dixit rex ad zorobabel ut
peteret ab eo quod vellet.
Et postulavit zorobabel
fieri templi reedificationem
et ut vasa domini remitti
in ierusalem. Et gavisus est rex
Ita idipsum meminit se vo
visse et scripsit epistolam prin
cipibus suis transflumen
ut nulla nullatenus impe
dirent iudeos sed de sump
tibus regis iuvarent eos
dantes eis per singulos dies
hostias similam vinum et
sal ut offerant ea deo ce
li et orent pro vita regis
et filiorum eius. Et addidit
Qui hanc mutaverit ius
sionem tollatur lignum de
domo ipsius et configatur
in eo domus autem eius pu
blicetur. Ego darius statui
decretum quod studiose
impleri volo. Remisit
que darius vasa domini per
manum zorobabel. Qui

reditum faciens per caldeam
cum bulibus suis manda
ta regis patefecit et asce
derunt multi cum eo ieru
solimis. Igitur anno sexto
darii mense viii. instabat
opi et compleverunt illud
vi. darii qui erat quadra
gesimus vi. regni persarum
iterum quod dictum est in evangelio
xl et vi annis edificatum
est templum hoc. Nota et ap
ma licentia quam dedit ci
rus rex medi usque ad vi
septimum annum darii quo
consummatum est tot anni flu
xerunt et mortuus est ag
geus et sepultus iuxta sacerdo
tum monumenta. Convene
runt autem filii israel ad dedica
tionem templi et dedica
verunt illud mense xii
qui apud latinos martius
dicitur xxiii die mensis
et hec est secunda templi dedi
catio annualis et celebraverunt
filii israhel phase secundum
legem domini. Unde archa
[?] quomodo et quando receperunt
eam incertum sed si verum est
quod epifanius dicit eam
usque ad iudicii diem non egres
suram de latibulo petre.
petre certum est quod hebrei
instar prioris edificaverunt
altare. Nam inter manubias
quas tulerunt romani de
iudea leguntur translata
archa domini candelabrum
et mensa. Et mortuus
est zacharias in senectute
bona et sepultus iuxta aggeum
vii. Anno darius cum discessisset
sisset ab eo egiptus mortuus est

Rome post *Incidentia*
exactos reges primo
consules abrupto esse
ceperunt et in usque
ad quintum decimum lapidem
lapide tenebat roma im-
perium. Inde tribuni plebis
et dictatores et rursus
consules rempublicam
rexerunt usque ad Julium
cesarem. Pictagoras mor-
tuus est. Rome populus fac-
ta seditione a patribus discessit.

De xerse filio darii

Post darium
xerses filius eius
successit ei in regnum
Xerxi patre voluntatis
honorandi deum heres appa-
ruit. Eo tempore princeps fuit
sacerdotum Elyachim filius
Iesu et erat in iudea cura re-
rum gerendarum penes sa-
cerdotes que prius sub re-
gibus et iudicibus fuerat. Re-
cepit autem xerses egiptum
que a patre discesserat. Greciam
vastavit. Unde et eius fortune
multa refert grecorum histo-
ria. Ex hoc dicit Josephus
esdram venisse in iudeam
sed sub artaxerse tempore dicit
scripturam venisse. Post xer-
xem regnavit artabanus
mensibus quinque. *Incidentia*

Eo tempore natus
est socrates. lapis
[illegible] forma [illegible]
in egeum mare de celo ceci-
dit.

De artaxerse et esdre

Post hunc autem arta-
xerses qui et longi-
manus dictus est reg-
num persarum obtinu-
it. Eo tempore esdras aaronita
legem succensam a calde-
is reparavit. Non nos quoque
apices litterarum excogi-
tavit, qui faciliores ad
scribendum fierent et ad pro-
nunciandum, et propterea velox
scriba dictus est. Nec est mi-
randum si per spiritum sanctum lib-
ros reparavit, cum plures
in diebus nostris psalterium
et librum hymnorum
et plures libros [illegible]
delectos sciverint reparare. Ad-
didit etiam quedam de suo pre-
ter titulos psalmorum et plura
que leguntur in parenthesi-
co. Dicitur quoque [illegible] quedam
que superflue intellexit ip-
sum subtraxisse. Tradunt etiam
quendam modum scribendi a dex-
tera in sinistram cum iudeis
tradidisse, cum prius a dextro
in sinistrum scripturarent-
ur et scriptura operatio sol-
diti. Scribebat enim a sini-
stro cornu in dextrum et a
dextro redeundo scribebat
in sinistrum. Forte per illud modum
scribendi prefiguravit spiritus
sanctus crucem quod modo
significatur in missa per trans-
lationem libri de dextera
in sinistram. Porro esdras
invenit gratiam in oculis ar-
taxersis et percepit ab eo
licentiam ascendendi in ierusalem
ut in lege quam reparaverat
populum suum erudiret. Dedit
ergo rex ei licentiam redeun-
di et tradidit epistolam ad
principes suos transflumine
et ad custodes arche pu-
blice ut traderent esdre

sine mora quodcumque petierit
libeus usque ad argenti ta
lenta c. et frumenti choros
centum et ad batos olei c. et sal
vero sine mensura. Ministros
vero templi sacerdotes levi
tas cantores ianitores et
nathinneos absolvit vecti
gali tributo et annone ab
solvit. Dedit quoque esdre
potestatem ammonendi et con
stituendi iudices et presides
transflumine secundum sapientiam
suam et puniendi contumna
ces sive in morte sive in
exilium sive in condempnacionem
substancie vel certe in carcerem.
Hanc epistolam legit esdras
iudeis in babilonia consti
tutis eorum et cum eis misit ad
filios israel qui erant ultra
montes caspios. Et vene
runt de eis ad esdram sacer
dotes et levite et de na
thinneis cc. xx. et fuerunt
omnes cl. d. et. Et egressi
sunt anno vii. regis arta
xersis de babilonia primo
die primi mensis et conve
nerunt ad fluvium qui decur
rit ad ahava. Josephus dicit
iuxta eufraten et puto esse
ahava fluvium decurrentem
in eufraten vel eufratis
rivulum. Et manserunt ibi
tribus diebus et predicavit
eis esdras ieiunium ut
affligerent se coram domino
et peterent ab eo viam
rectam et securam. Erubu
it enim esdras petere a rege
ducatum in via dicens: Ma
nus dei nostri est super omnes
qui querunt eum. Et separa
vit esdras de sacerdotibus
xii. quibus commisit vasa do
mini et munera que mitte
bat rex in ierusalem et princi
pes eius et populus. Et vene
runt in ierusalem mense quinto et
silverunt tribus diebus quarta die
obtulerunt in domo domini
que secum tulerant offeren
tes holocausta in gratiarum
actione dederuntque epistolam
regis ducibus transflumen
qui honoraverunt templum dei.

De esdra

Tunc autem accesserunt ad esdram
principes ierusalem dicen
tes: Non est separatus populus
israel a populo terrarum. Tulerunt
enim de filiabus eorum sibi et
de filiis suis uxores. Manus
quoque sacerdotum et principum
et sacri suorum in hac invenit
transgressione. Tunc scidit es
dras vestimenta sua et flens
et orans iacuit in terra usque
ad sacrificium vespertinum. Tunc
accesserunt ad eum principes
dicentes: Surge tuum est dis
cernere quid agamus manus mea
erit tecum. Tunc adiuravit
esdras sacerdotes levitas
et principes ut proicerent
universas uxores alienige
nas et eos qui de hiis nati
erant. Et missa est vox ad
omnes filios transmigracionis
et convenerunt in ierusalem in ter
tium diem mense nono qui
december apud latinos dicitur
xx. die mensis. Et surgens
esdras comminabatur illos.

q(uod) cont(ra) legem dei semen
sanctum commiscuerat se-
mini incircumcisorum. et opor(tet)
esse ut abiciant uxores. Et
respondit multitudo populus
multus est et tempus pluuie
et non sustinemus stare foris
et opus hoc non est diei v-
nius uel duorum. Elige tibi
principes et tr(ansi) p(er) domu(m) su(am)
tri/ et aput quosque i(n)-
uenerit mulieres alieni-
genas circa eas inuestigent.
Et inuente sunt in urbe primo
aput filios ihesu iesu filii
iosedech et fratres eius. Et
statim eiecte sunt. Nec enim
credendum est ipsum magnum
sacerdotem habuisse alieni-
genam. Et quod uisum est aza-
charia sordidis uestibus in-
dutus ad filios eius referen-
dum est. uel quia cum pontifex
esset populum non arguebat.
Primi fecerunt primi summi
israhel. Et offerebat unus-
quisque aput quem inuenta e-
rat hoc transgressio oriente
pro declinatione populi. De neemia

Et factum est in anno
xx° regis artaxer-
sis erat pincerna
neemias de filiis captiui-
tatis. Cumque esset in susis ca-
stro audiuit peregrinos he-
braice loquentes et accedens
sciscitatus est ab eis de statu
iudee et ierusalem. Et accepit
ab eis urbem esse sine mu-
ris et inhabitare in ea populum
dei in afflictione. Nam per dies

sustinebat impetum hostium
et noctibus intrabant latru-
nculi et plateas implebant
cadaueribus cesorum. Et fle-
uit neemias et cibum desi-
derabilem non comedit noc-
te et die clamans ad dominum.
Cumque staret in mensa et le-
uaret uinum regi apparuit
qui lacrimosus ante eum. Et ait
rex. Quare tristis es quod ne-
malum latet in corde tuo. Et
respondit tremens quia ciuitas
sepulcrorum patrum meorum deser-
ta est. Si bonum tibi uidetur
mitte me et reedificabo eam.
Et ait regina que sedebat
iuxta regem. Quando reuerteris
et constituerunt ei tempus reuer-
tendi. Hec fuit hec regina
hester ut quidam tradiderunt.
Nec in diebus esdre histo-
ria illa contigit. Non enim
esdras in uolumine suo silu-
isset. Et dedit rex neemie
epistolam ad principes transfluuii
in qua mandauit de lapso
re cohibendo neemie ta-
m(quam) duci et legato missa
alate eius et de impendiis
urbis reedificande. Et mi-
sit cum eo principes militu-
m et equites. Et transitum fa-
ciens per babiloniam multos
de filiis captiuitatis secum redu-
xit. venit in ierusalem xxv°
anno regni regis artaxer-
sis secundum iosephum. Porro
in ierusalem erat summus sacerdos
eliasaphat filius eliachim.
Et siluit neemias tribus
diebus et nocte surgens
cum paucis circuibat ruinas

De reedificacione ierlm

murorum considerans qualiter
reedificari possent.
Quarta die locutus est ad
multitudinem venite et edi
ficemus muros ierlm et no
simus in obprobrium gentibus
Quamque enim nobiscum est et
verba regis que locutus est m
Et surrexit *De reedificatione ierlm*
Eliasib sacerdos magnus et fratres eius sa
cerdotes et reedifica
verunt portam gregis Alii
a tusculano hic edificaverunt
portam et plateam piscinam
hec est porta iuxta templum
per quam inducebant greges
ad offerendum hec alibi
turris gregis dicitur Est autem
alia turris gregis in via be
thlem ubi iacob pavit pe
cora sua et pastores vigila
tes super gregem suum viderunt
multitudinem militie cele
stis Quo filii asanaa edi
ficaverunt portam piscium et
statuerunt valvas eius et
seras et vectes Hec respi
cit in iopen et diapolim
per quam inferebatur copia
piscium hec secundum iosephum
Postea dicta est porta david
Tertio edificaverunt portam
veterem pigmentariorum et avi
fices vestigia eius instigo e
rat a diebus iebuseorum et
melchisedech Quarto por
tam vallis que se ducebat
bat in vallem iozaphat
edificaverunt filii zalloe Quin
to edificaverunt portam ster
quilinii melchias princeps
vici bethacaram per hanc
portam sordes civitatis
effluebat in undantibus plu
viis in torrente cedron.
Sexto edificaverunt portam fo
tis princeps pagi masphba
et muros piscine syloe mu
ros autem novos portas edificaverunt
ipsi per vicos et civitates.
Unusquisque secundum possibilita
tem suam Nec te moveat
si alia nomina portarum inveni
es que forte in ulteriori mu
ro facte sunt vel aliquarum deperditis
alias pro ea sperata sunt vo
bula Vera porta negotiatorum
forte porta est gregis in qua
negotiatores ergasteria sua
posuerant ob templi vicini
am Quod et porta iudiciaria
potuit esse porta vetus que
in fronte civitatis porrexit
bat Porta vero aquarum po
tuit esse porta fontis
Porta vero equorum non fuit
porta civitatis sed statua
erat ante atria templi usque
ad aquam ascendere in equis
licitum erat Porro neemias
cum fratribus suis instabat operi
nec sompno aut cibo suaviter
utebantur sed subiectos
sitate Et consummatum est
opus per annos duos et
quatuor menses licet in multa
angustia et pluribus impedi
mentis Nimo enim finitime
nationes in manu forti ad
grediebantur eos Neemias
autem mediam partem populi ar
matam statuit contra civitate
ut sustinerent impetum ag
gredientium Alia vero medi
pars edificabat una manu

ponentes lapidem et alia
gladium tenentes. Homo se-
cundum inuenerit impedimentum
Orta est enim fames in terra
Et obligauerunt se pluribus de-
bito sub usuris, sed et agros
et vineas et oliueta com-
pulsi sunt vendere. Tandem
filios et filias vernulare
et suos. Et commotus tali mul-
titudine compulit neemi-
as diuites et magistratus
remittere usuras et restituere
vineas et agros et suos
quos emerant et excuciens
sinum suum dixit. Sic excu-
tiat deus omnem virum qui
non compleuerit verbum hoc. Et
dixit uniuersa multitudo a-
men. Ipse quoque annonas
que regi debebantur condo-
nauit. Nam cum dux esset
missus a rege tamen anno-
nas que ducibus debebantur
non comedit a prima die qua
egressus est a rege usque dum
rediret ad eum. Postea tamen
sensit impedimentum quia prin-
cipes transflumine qui inuide-
bant ei corruperunt munerī-
bus quosdam seniorum qui
erant in urbe ut eum mor-
ti proderent. Quod ad neemi-
am et variis terrebant rumo-
ribus ut sic ab opere cessaret di-
centes multa comminantur
aduersum te. Uade et abscon-
de ab eis. Rursum quoque aiebant
delatum est ad regem quod
uelis rebellare et te facere
regem in iudea. Noli expa-
uescere dominum tuum. Cumque in illa

fugerent in templum quemadmodum non pre-
ualuerunt quia manus do-
mini erat cum eo. De inventione *de inventione ignis*
ignis.

Postquam autem
edificatus est murus quia pau-
ci erant habitantes in
urbe precepit neemias ut
clauderentur porte ante solis
calorem nec aperirentur an-
te calorem solis. Cumque immineret
mensis septimus qui fere
totus apud eos solempnis
est conuenerunt in ierusalem tamquam
vir unus et accepit neemi-
as quod non habebant ignem
de sublimi traditumque est ei a
senioribus quod ieremias in diebus
captiuitatis absconderet stipi-
tes altaris et prunas in infe-
rioribus terre in ualle Josaph-
at. Cumque uenisset ad locum
effoderunt puteum et
inuenerunt stipites et prunas
et aquam crassam et tollen-
tes ea super struem lignorum
et hostias que erant super al-
tare proiecerunt et erupit
ignis. Et appellauit nee-
mias locum illum nephtar
quod interpretatur purificatio. Alii
dicunt nephi. Et orabant sa-
cerdotes ionatha inchoante
ceteris autem respondentibus. Neemi-
as quoque psalmum edidit ora-
tionem. Quid est quod legitur in
epistola secundi machabeorum in eadem io-
natha inchoante et ceteris responden-
tibus, cum hic locatur in neemia
qui ante machabeos fuit. Ad quod
potest dici quod liber secundus non est histo-
ria sed recapitulatio ubi de templi
dedicatione solempnitatibus fit exhortatio
ad ... et ... de ista
solempnitate que fuit instituta
pro inuentione ignis ... et ... neemie
ponitur.

de obseruancia taberna[culorum]

De obseruancia tabernaculorum

Porro prima die septimi
mensis dixerunt es-
dre ut afferret librum
legis et legeret coram populo
Stetitque esdras super gradum
quem fecerat ad loquendum
iuxta portam aquarum id est
portam atrij templi qua erat
lutensis. Et legit a mane
usque ad medium diem. levi-
te vero silencium faciebant
in populo. flevit autem omnis
populus et dixit ad eos esdras
Nolite contristari quia sanctus dies
domini est. sed ite comedite
pinguia et bibite mulsum
et date partes eis qui non
preparaverunt sibi. Cumque redisset
in diem secundum invenerunt in
lege preceptum a domino ut habi-
tent filij israel in tabernaculis
mense vij. in die solempni.
Et mandante esdra egres-
si sunt et tulerunt frondes
olive et ligni pulcerrimi
mirti et palmarum et fecerunt
sibi tabernacula in atrijs et dog-
matibus suis et in atrijs do-
mus dei quod non fecerant a
diebus iosue filij nun. Et
obseruatum est deinceps in
israel usque in hodiernum diem.
die octaua fecerunt collectam
iuxta ritum statuentes ut
quisque daret terciam partem
sicli per annum et ad oleum
emendum et panes proposi-
cionis et ad ligna et sacrifi-
cia sempiterna in diebus festis
et pro peccatis. In die vero xxiiij.
quia audierat in lege am-
monitas et moabites
non intrabunt ecclesiam dei
separaverunt ab ecclesia alieni-
genas et in emundacionem sui
statuerunt in crastinum ge-
nerale ieiunium ut affli-
gerent animas suas et ho-
mines et iumenta usque
ad pueros septennes. Et
convenerunt cotidie ad audi-
endam legem quater in noc-
te et quater in die. [illegible]
[illegible] prosternebat se plus
ad orandum et fiebat pro-
ces super eum tamquam benedic-
cio sacerdotalis. Hoc ipso
ut dicit beda ecclesia tenuit
eorum via et super gradus legit
et levite proclamaciones fa-
ciunt in populo et cotidie con-
veniunt ad ecclesiam et si
non penitus eo modo quo
et illi. Semel enim in nocte
surgimus ad nocturnos secundum
illud Media nocte surge-
bam ad confitendum tibi. In
die vero septies psallimus
secundum illud Septies in die
laudem dixi tibi. Omissis
ante horis quam legitur
leccio quam capitularem dicimus
post eam prosternimur ad
preces in diebus pro festis
subditur oracio pro benedictione

De dedicacione muri et obitu neemie

de dedica[cione] mu[ri] et [obi]tu ne[emie]

Porro videns neemias urbem fere
vacuam habitatoribus
rogavit optimates ut
habitarent in ierusalem. Et benedi-
xit eis qui se sponte obtu-
lerunt. reliqua non multi-

tudo misit partem et de
cimus capitis fecit portare
in ierusalem Post aliquot tempora
congregati sunt in ierusalem ad
edificationem muri et astan
derunt sacerdotes et levi
te et cantores cum musicis
instrumentis et psallentes
incedebant Neemias et
optimates cum eo super alte
ram partem muri incedebant
psallentes Reliqua vero mul
titudo sequebatur eos super
tram et ducebat choros His
iis completis rediit neemias
ad regem anno xxxii re
gni sui Et mortuus est
esdras in senectute bona et
veneranda et cum multa libita
te sepultus in ierusalem Hunc
quidam hebreorum autumant
fuisse malachiam sed ma
lachias post regressum cap
tivitatis natus est in iudea
in sopha Hic quia opti
me vite fuit et aspectu de
corus populus appellavit eum
malachim id est angelum
Traditur etiam quod quotiens prophetica
te dicebat eadem die ange
lus dei apparens iterabat
Et mortuus est dum adhuc
iuvenis esset et sepultus
in agro suo Nono ita fere
dierum suorum rediit neemias
in ierusalem et complacato regis
et intellexit mala que fi
ebant in ea Sacerdotes namque
in diebus vitis sue non habita
bant in gazophilaciis templi
pli sed in domibus propriis ad
quod domos sua et custodi
am vasorum domini posuerant

in domibus sequestratis a
templo Et edificavit de p
pis gazophilacia in quibus
excubabant sacerdotes et re
ponebant vasa Postea in
venit populum contemnentem
torcularia in sabbato et in
ferentem in ierusalem vinum et v
vas ficus et omne onus
Tyrii quoque inferebant
pisces et venalia vendebant
in sabbatis filiis iuda Et
increpavit neemias opti
mates dicens Cur profa
natis diem sabbati et in
ducitis iram dei super populum
et super civitatem sanctam Et ad
iuravit eos ad custodiam sab
bati Et precepit claudi por
tas in sabbato ne intrarent
negotiatores et manserunt
extra ierusalem semel et bis
et contestatus est eis neemi
as et si deinceps fecerint
manum mittent in eos Et
recesserunt Et fecit neemias
in ierusalem bibliothecam congre
gans libros de regibus
et prophetis et david et epi
stolas regum et de dona
riis Et pluribus omnibus que
fecerat oravit ad deum
neemias dicens Memento
mei deus in bonum Huc
usque supta est series histo
rie a biblia hebreorum
De gestis que vero post hec
apud iudeos gesta sunt
scripsit Josephus et africa
nus conscribentes et de libro
machabeorum quem quidam
ab hebreis scriptum autu
mant quid agitur Et

mortuus est. Neemias
vir benignus et sepultus
iuxta muros quos edificaue-
rat. post artaxersem re-
gnauit xerxes duobus
mensibus. post quem sogdi-
anus mensibus septem.

Prudencia

Post quem regnauit darius
cognomento nothus sub quo
egyptus recessit a persis.
Hac etate *Prudentia*
solis defectio facta
est. et ignis de eth-
na prorupit. plato natus
est. ypocras medicus cla-
ruit. dyonisius in sicilia ty-
rannidem exercuit. *Incipit liber hester sub ... sub*

Incipit liber hester et continet ... capitula

Post darium
regnauit
arthaxerses
qui cogno-
minatus est
memnon darii
et parasitulis filius.
Hic ab hebreis dicitur
assuerus sub hoc
hystoria hester conscripta
est. librum hester transtulit Ie-
ronimus ad petitionem paule
et eustachii de hebreo in la-
tinum. Et quia in greco cor-
ruptus erat per uarias editi-
ones reuelauit eum de
archiuis hebreorum et
diligenter transtulit de verbo
ad uerbum. Regnauit as-
suerus ab india usque ethi-
opiam super c.xx.vii. pro-
uincias et erat in susis
ciuitate solium regni eius.

Tercio igitur anno regni sui
impiis fecit grande conuiui-
um cunctis principibus et inclitis
prouinciarum coram se c.lxxx.
diebus in domo illa mirabili
de qua legitur in hystoria
allexandri cuius columpne
erant argentee. tectum instar
firmamenti concameratum
cuius gemmas diuersi coloris
in figuram siderum et signorum
dispositas. Post hos dies co-
uiuium inuitauit omnem populum
qui erat in susis et distribu-
erunt copia domus septem di-
ebus in uestibulo orti de-
liciarum. In orto erant uinea
cuius uites argenteas et
palmites aureos et botros
per uarietate gemmarum di-
stinctas. super columnas ex-
tensa erant. tentoria que
appendebantur columpnis ar-
genteis et marmoreis
eburneis circulis inserta
funibus byssinis atque pur-
pureis. lectuli quoque aurei
et argentei dispositi erant
super pauimentum smarag-
dino et saphiro et albo et
vario stratum lapide. Bibe-
bant autem omnes in aureis
poculis vinum precipuum et
habundans. nec erat qui no-
lentes cogeret ad bibendum
licet id moris esset apud per-
sas. Vasti quoque regina fe-
cit conuiuium feminarum in pala-
tio regis die autem vii. cum
rex a eunuchis
ut introducerent reginam in
decore suo ut ostenderet omnibus

pulcritudine eius. Que
ad imperium regis venire
contempsit. Et iratus rex q
suivit a vii sapientibus qui
videbant faciem regis
cui sententie Vasti subia
ceret. Et respondit mamuch
an. Non lesit te solum Vasti
sed et omnes viros regni
tui. Nam eius exemplo
mulieres pervipendent
imperia virorum. Egrediatur
ergo edictum a facie tua ut
ultra Vasti non ingrediatur
ad regem, sed alia melior
regnet pro ea. Et exiit edic
tum in omnes provincias per
epistolam regis. Et dixerunt
pueri regis ad eum. Que
rantur regi puelle virgines
speciose. Et tradentur agegeo
eunucho ad custodiam et
accipient mundum mulie
brem id est vestes et cultus
ornatus et ornatus unde
mistros talium mundibundos
vocamus. Et quecumque ocu
lis regis placuerit regnet
pro Vasti. Placuit sermo regi
et iussit ita fieri. Erat
autem vir in Susis iudeus vo
cabulo Mardocheus de
tribu Beniamin qui descende
rat de transmigratione Ie
chonie. Hic erat nutricius
filie fratris Edesse que et
Hester vocabatur. Quam or
batam utroque parente
Mardocheus adoptaverat
in filiam. Hec mense decimo tra
dita est ad custodiam eunu
chis nec indicavit populum suum

sicut enim mandaverat ei
Mardocheus. Et invenit
gratiam in oculis eunuchi
et acceleravit ei cultum
muliebrem et dedit
ei septem puellas ut eam
ornarent et extollerent.
Porro virgines per sex me
ses ungebantur oleo mir
tino et aliis sex quibusdam
pigmentis et aromatibus
utebantur ut per annum in
grederentur ad regem, et tunc
vespere intrabat egredie
batur mane nec poterat
redire nisi rex eam nomine
iussisset eam venire. Mar
docheus autem versabatur in
vestibulo domus regie cu
ram gerens salutis filie agens
Tandem instabat dies
quo Hester filia Abiel intra
re debebat ad regem. Nec
quesivit ab agegeo cultum
muliebrem sed posuit in
voluntate eius qui tene
bat puellis dare quecumque
petissent. Et intravit ad
regem anno vii regni ip
sius mense x qui hebra
ice dicitur thebeth latine
ianuarius. Et invenit gra
tiam apud regem et fecit
eam regnare pro Vasti. Et
celebravit nuptias me
sem et mandavit per eos
qui agegeu dicuntur id est
censores requiem in omni
bus regno pro tempore imp
eratorum. Mardocheus autem qui
frequenter morabatur in Ba
bilonia unde adducta fue
rat fuerat Hester cum

tulit se in susis. Eo tempore
irati sunt regi duo eunu-
chi ianitores et machina-
bantur ut insurgerent in eum. Quod
non latuit mardocheum et
indicavit hester et illa ex
nomine mardochei detulit
ad regem. Quesitumque est et
inventum et appensi sunt in
patibulo. Et traditum est
coram rege in annalibus
in quibus regis accidentia
temporis sui redigebat. Po-
stea asuerus exaltavit a-
man amalechiten qui
erat ex stirpe agag quem
samuel truncidavit. Et a-
dorabant eum omnes servi
regis preter mardocheum qui
propter patrias leges coram eo
genu non flectebat. Quod at-
tendens aman indigna-
tus est et accipiens eum he-
breum esse ait. Iste se li-
beri flectit genua hic
autem huius dedignatur. Et
disposuit perdere iudeos qui
erant in regno asueri ve-
ti motus odio quod iudei de-
leverunt amalechitas.
Duodecimo itaque anno
regni asueri mense pri-
mo missa est sors in urnam
que hebraice dicitur phur
coram aman quo
die et quo mense gens
iudeorum deberet interfici. Et
exivit mensis xii. Tunc
ait aman ad regem. Interest
regi sinare patem. Nover-
ta ante patis o dissimili-

tudo. Est gens in regno
tuo dissimilis ceteris no-
vis utens legibus. Insuper
et regis iussa contempnens.
Expedit tibi non insolescat
decerne ergo ut pereat. Et ne
dispendium senaies in tri-
butis x talentorum appen-
dam archariis gaze tue.
Tulitque rex anulum quo
utebatur et dedit illum
aman dicens. Argentum tuum
sit tibi et de populo age quod
tibi placet. Tunc scripsit
aman ex nomine regis lit-
teras anulo regis signatas
in omnes provincias ut occi-
derentur iudei a parvulo
usque ad senem et bona eorum
diriperentur xiii die mensis
duodecimi. Statimque in susis
pependit edictum. Quod
cum legissent iudei fleve-
runt. Ipse et mardocheus
indutus est sacco et aspersus
cinere magna voce eiula-
bat pro foribus palatii. Non
poterat enim indutus sacco
intrare palatium. Quodque
accepisset hester consternata
est et misit ei vestem quam
indutus intraret ad eam.
Quam accipere noluit sed
significavit ei per eunuchum
causam fletus et exemplar
edicti quod pendebat in susis
misit ei monens eam ut
intraret ad regem et sup-
plicaret ei pro populo suo.
Que respondit iam xxx die-
bus non sum vocata ad regem
et decretum est ut qui non

vocatus accesserit moriatur
nisi forte rex auream virgam
intenderit. Quod cum audisset mar
docheus ad eam. Quid scis
utrum idcirco ad regnum veneris
ut in tali tempore parareris. Sic
enim si silueris per aliud libera
bitur domus filiorum suorum et tu
et domus patris tui peribitis.
Tunc mandavit hester m
ardocheo ut omnes iudei qui
erant in susis per triduum die
iunarent et orarent pro
ea sed et ipsa ieiunavit.
Die autem tercia induta regali
bus stetit in atrio domus
contra basilicam regis cum
duabus puellis quarum una
incumbentem sustinebat
altera sequens longitudine
vestis summis digitis depor
tabat. Et ille sedebat con
tra ostium domus super solium.
Cum autem respexisset eam fur
no vultu collapsa est. Cumque
vidisset hester lapsam plac
uit ei et extendit contra
eam virgam auream. Et
surgens venit ad eam et
cum consolabatur dicens
Noli timere pro subditis lex
data est tu non. michi con
regnas. Tunc surgens et
attendens osculata est sum
mitatem virge eius. Et ait rex
Quid vis hester. Quicquid
petieris dabitur tibi. Que
respondit. Obsecro ut venias
ad me hodie et aman tecum
ad convivium. Veneruntque
ambo ad convivium regine.
Cumque rex bibisset habun

danter ait. Dicite quid vis
hester et impetrabis. Que
respondit. Obsecro ut veniat
cras rex et aman ad convi
vium et indicabo ei cor meum.
Egressus est itaque aman
letus. Cumque vidisset mar
docheum non assurrexisse
sibi indignatus est et con
vocans uxorem et amicos
exposuit eis omnem gloriam
suam addens quod eum solum
hester vocaret ad convivium
verumtamen se nichil habere
reputabat dum viveret
mardocheus. Et dixerunt
ei. Iube parare trabem l
cubitorum et suggere regi
ut appendatur mardoche
us in ea ut sic eas letus
cras ad regem ad convivium.
Et iussit parari crucem. Noc
tem illam duxit rex in
sompnem et iussit sibi legi
annales et ventum est ad
locum ubi scriptum erat quod
mardocheus nunciaverat ei
facinus eunuchorum. Et ait
rex. Quid honoris consecu
tus est mardocheus pro hac
fide. Et dixerunt ei Nil. Et
quesivit rex quis esset in
atrio. Et dixerunt pueri
aman. Ipse enim intraverat
ut suggereret regi de mor
te mardochei. Cumque voca
tus intrasset aman dixit rex
ad eum. Quid debet fieri
viro quem rex vult honorare.
Cum cogitans pro se dictum
esse respondit. Debet in
dui stola regia et donari di
ademate et sedere super equm
regis et primus de principibus

teneat equum et per ciuitatem
incedens clamet. Sic honora
bitur quem rex vult honorare. Di
xitque ei rex festina et fac
que locutus es mardocheo
caue ne quicquam de hiis que
locutus es pretermittas. Et fecit
aman mardocheo ut locu
tus fuerat. qui prius renite
batur putans sibi illudi
ab aman sed veritate cognita
assensit. Et rediit mardo
cheus ad fores palacii. aman
vero festinabat in domum lu
gens et operto capite. Et di
xerunt ei amici eius Si de
semine iudeorum est mardo
cheus ante quem cadere cepi
sti non poteris resistere ei
sed cades. Et eo adhuc loquente re
gis compellebant eum int
re. Et intrauit ad regem ad
conuiuium. Et ait rex Pete
quod vis hester. que respondit
dona michi animam meam
et populum meum ne pereamus
vltima in suos nemida
remur et gementes tacere.
Et ait rex Quis est qui
hoc audeat facere. Cui re
spondit hester inimicus est iste
aman. Quod ille audiens
obstupuit. Rex autem iratus
surrexit et intrauit ortum
Aman vero supplicabat
regine pro anima sua. Cumque
reuersus esset rex reperit a
man corruisse super lectum
in quo iacebat hester. Et
ait etiam reginam vult oppri
mere me presente. Et dixit har
bona eunuchus En lignum
quod parauerat mardo-

cheo stat in domo aman.
Et ait rex appendite illud
in eo. Et suspensus est aman
in patibulo. Et dedit rex
hester domum aman. Et in
gressus est mardocheus ad re
gem confessa est enim hester
quod patruus suus esset. Et
dedit rex anulum mardochi
o quem ab aman recipi ius
serat. hester autem constituit
mardocheum super domum
suam. Cui iterum flens pro
cidit ad pedes regis sup
plicans ut ueteres litteras
quas scripserat aman contra
iudeos nouis epistolis irri
taret. Et acquieuit rex
Et scripsit mardocheus
litteras anulo regis sigilla
tas ad principes prouinciarum
ne occiderentur iudei immo
illos qui parauerant se ad
occisionem iudeorum interfi
cerent iudei et magnus pro
pe esset timor eis. Et factum
est nomen iudeorum celebre
ita ut plures de gentibus
religioni eorum iungerentur.
Et recordatus est mardocheus
sompnium quod viderat et inter
pretationem eius intellexit quod
hoc erat sompnium. Appa
ruerunt ei voces et toni
trua et terre motus super terram
Et ecce duo dracones parati
sunt contra se in prelium ad quo
rum clamorem naciones
concitate sunt ut pugnarent
contra gentem iustorum et fuit
dies illa tenebrarum et dis
criminis et periculi et conturbata

genus iustorum clamavit
ad dominum. Et crevit fons par
vus crevit in flumine mag
num et orta est lux mag
na et humiles exaltati sunt
et devoraverunt inclitos. Rur
sus in secunda epistola quam scripsit
pro iudeis excusavit se rex i
niquum modum. Ne putetis
si diversa iubeamus ex animi
levitate venire sed pro neces
sitate temporum ferre sententiam
ut rei publice poscit utili
tas. Quia sublimati a re
gibus honore collato abusi
sunt in superbiam et in ipsos
qui dederunt molitur insi
dias Aman et animo et ge
nere macedo et exoblitus
cumulatus gentis persarum
ades intimavit ut regno
nos privaret. Interfectis insi
diis et mardocheum cuius fide
vivimus et consortem regni
hester cum omni gente sua
novis machinationibus
expetivit ad mortem cogi
tans ut illis interfectis nostre
insidiaretur solitudini et
regnum persarum transferret
in macedonas. Nos vero
nutu dei viventis cuius bene
ficio patribus nostris regnum tra
ditum est et usque hodie cu
stoditur iudeos absolvimus
et hostes eorum interfici iube
mus. Igitur xiii die mensis
xii percusserunt iudei hos
tes suos plaga magna et
provincias usque usque ad hos
b. Circa vero xv die celeb
raverunt convivia cum gaudio
particulas sibi invicem mit
tentes. In Susis vero interfece

runt ccc viros et in xiiii
die obtinuit hester a rege
ut adhuc concederetur in su
sis hostes iudeorum. Et sus
pensi sunt x filii aman
et de aliis civitatibus ccc perie
runt. Et isti iudei qui ha
bitabant in susis duobus
diebus occisioni vacaverunt.
Decima quinta die convivia
celebraverunt. Et propterea
mandaverunt hester et mar
docheus hos duos dies in
solempnitatem in numero re
cipi et dies phurim id est
sortium observari a iudeis
ut memoriam facti nul
la deleret oblivio. Hos
dies tamen vocat Josephus
conversatores eo quod iudei
de merore in gaudium con
versi fuerunt. Scripsit etiam
mardocheus ad iudam su
mmum sacerdotem i eliachim
qui pater suo elisaphat
successerat ut dies isti so
lempnes haberentur in iudea
in sempiternum. Incidentia

In diebus assweri athe
nienses xxiiii^or litte
ris uti ceperunt cum ante
ea xvi tantum uterentur.
Senones galli duce
brenno romam invaserunt
et excepto capitolio urbem
tam vastaverunt vi mensibus
tribuni militares pro consu
libus esse ceperunt. Obiit
anaxagoras physicus et
eraclitus tenebrosus et de
mocritus. Socrates venenum
bibit. Diogenes et ypocrates
claruerunt. Aristotiles au
divit platonem xx annis. Ammuda
genes. De Ansa secundo

Incidentia

~~Primus liber machabeorum~~ De acta i^s

Post eundem tempore
passche phylippus rex
primum regnauit ar
taxerses qui ochus
dictus est. Hic misit nago
sum prefectum cum miliciis re
gionibus transflumen. E
rat autem in ierusalem summus
sacerdos iohannes qui iu
de patre suo successerat. E
rat autem frater iohannis ihesus
qui ad pontificatum as
pirabat et propter eam nago
si familiaritatem sibi com
parauit. Ex nimia confidencia
ihesus altercatus in templo
aduersus iohannem adeo
incitauit fratrem ut eum in
ficeret. Vnde nagosus indigna
tus ascendit in templum. Cumque
prohiberent eum ab ingres
su templi respondit. Mun
dior ego sum cadauere qui
templum prophanastis. Et
ingressus templum spoli
auit illud et imposuit
iterum iniustis temporibus templi
tributa et annonas an
septimum a quibus pro tribue
tum cedre absoluti fue
rant. Rursus artaxerses
ochus egiptum ad suum
reuocauit imperium nectanabo
nabo rege in ethiopiam
pulso in egiptiorum regnum
destructum est. Idem ochus
apodasino iudeorum capta
in hircania acolas transla
tos iuxta mare caspium
collocauit. Incidencia etc.

Incidencia

Eo tempore romani
gallos superauit. De
mostenes et ysocra
tes claruerunt. Obijt pla
to post quinque penscippus tenu
it achademiam. De dario
filio arsami

Post ochum regnauit filius e
ius arsamus et
mortuo iohanne in sum
mum successit ei filius eius
iadus in sacerdocio. Post ar
samum regnauit filius eius
darius. Hic prefecit regioni
bus transflumen sanaballa
de genere cutheorum ex qui
bus samaritae descenderunt. E
rat autem iado frater manas
ses ad pontificatum anhe
lans propter quod nicasam fili
am sanaballe duxit uxo
rem. Cumque ministraret in sa
cerdocio indignati sunt iero
solimite et iubebant eum
ab uxore recedere aut non
introire in sanctuarium.
Itaque manasses cum uxore
transtulit ad socerum suum
cum pollicitus est quod edifi
caret ei templum instar iero
solimorum super montem garizim
sed tempore cum sua regis darij
faciendum erat. Interim
autem contradixit ei abigessam
qui est mediterraneus ma
iorum insignis. Et transierunt
ad manassen plures de ie
rosolimitis quibus sanaballa
pecunias ministrabat terram tole
dam deputabat et ciuitates.

Incidencia

Eo tempore Incidencia
manlius torquatus
consul romanorum
filium suum ligis tesmy se
curi percussit. contra imperium
consulum cum hostibus pugna
uerat et eos expugnauerat. Primus
liber machabeorum

Per idem tempus
Philippus rex
Macedonum
per insidias per-
emptus est
a Pausania
trahente gestum
ab Horeste cui
successit filius eius Al-
lexander · xx · Athenas an-
nis. Qui volens obti-
nere Syriam transiit Hel-
lespontum. Et conflictati
sunt adversus eum duces
Darii qui erant tutissime
et super Granicum fluvium expu-
gnabat eos. Tunc percussis
sed Lidiam et Ioniam per-
venit ad loca Pamphilie.
Tunc Darius filius Arsa-
mi electum collegit exercitum
et transiit Eufraten et mo-
tem Cilicie superans Taurum
in Sicilia Macedones expu-
gnare. Tunc gavisus est Sana-
balla putans quod posset vic-
toriam attemptaret Dario
et edificationem templi ab eo
impetraret, quod quibusdam longa-
nimis palliis vacabat sed aliter
quam sperabat evenit.
Nam victus est Darius a Ma-
cedonibus et capta matre eius
et uxore et filiis ad Persas
fugiens remeavit cum paucis.
Tunc Allexander cepit aspi-
rare ad monarchiam et ven-
tis et intrans Syriam cepit
Damascum et subiugata Sido-
ne Tyrum obsidebat. Tunc
Sanaballa eligens de suis
viii m. in Allexandri profectus est
auxilium dicens se libenter
obsequi ei quam Dario et
quod loca sub potestate sua
constituta ei contra Darium
et gratanter susceptus est ab Alle-
xandro. Postea dixit ei se
habere generum Manassem
fratrem principis sacerdo-
tum presentis Iudee multos
quoque alios cives presentes cum ea
gente quos velle aiebat
sub eo templum construi in
locis edificare quod profuturum
Allexandro testabatur quia
potentia Iudeorum in duo
divisa non rebellaret. Con-
cedente vero Allexandro
omni studio edificavit Sa-
naballa templum et altare
quod permansit usque ad deserti-
onem facta per Romanos.
Et in eo Manassen constituit
pontificem. Cum autem dum Alle-
xander esset in obsidione
Tyri scripsit ad principem sa-
cerdotum mittens eum
ut sibi preberet auxilium
et exercitui victualia prepa-
raret et redderet sibi tributa
que prius Dario conferebat.
Et rendit Iaddus summus
sacerdos se Dario sacramen-
ta dedisse nec eos vivente
posse transcendere constitu-
ta. Tunc commotus est Alle-
xander genti Iudeorum
quod penam differret quibus
deberet constituta servare.
Tunc iniectis aggeribus
Tyrum fecit continentem. Et va-
stata Gazam obsedit et
mortuus est Sanballa. Allexan-
der capta Gaza in Ierosso-
limam festinabat et time-
tes Iudei clamaverunt ad dominum

et immolabant hostias et
iadus orabat pro gente. Ac-
tu pro satisfactione obdormis-
set, precepit ei deus ut confide-
ret. sertisque id est coronis civi-
tatem ornaret et ipse pon-
tificalibus indumentis indu-
tus et reliqui sacerdotes cum le-
vitis bissinis stolis induti
obviam occurrent alexan-
dro. Et surgens a sopore
retulit omnibus indicavit.
audiens quod quod non longe
esse a civitate alexandrum
processit cum sacerdotibus et civi-
um multitudine sancta ad
locum qui sapheim appellatur
quod latine translatum spe-
culum sonat. Unde ierosolima et templum videri
potuisset. Et factum est tot
persarum qui sequebantur
regem. Nam alexander intuens
antistitem pontificali sto-
la insignem et super cida-
rim lamina in qua scriptum
erat nomen dei, descendit
de equo et adiit eum solus
et nomen adoravit. et pon-
tificem adoratus est. venera-
tus est. Et obstupuerunt
principes comites et ludifi-
catum regis mente putaverunt.
solus parthemius
quesivit ab eo cur sacerdo-
tem gentis iudee adoras-
set. Et rndit. Non hunc
adoravi sed deum cuius
principatum sacerdotii gerit.
Nam per sompnium in tali habitu
deum conspexi adhuc in

cilicia civitate macedoni-
e constitutus. ducem meorum
cogitantem, utrum asiam pos-
sim obtinere iussit me con-
fidere. Nam ipse exercitum meum
perduceret et persarum im-
traderet principatum. Hunc autem
primo vidi in hoc sacerdote
hominis effigiem et que in
promisit providentia confido ipsa
ca deum adoravi. et hominem
veneratus sum. Et ingressus
in urbem alexander et in templo
sacrificavit deo secundum sacerdotis
ostensionem. Et attulerunt
ei danielem in quo scriptum
erat quendam grecorum perdi-
turum persarum potentiam et
arbitratus de se scriptum esse
gavisus est. Et in crastinum
convocans populum iussit pe-
tere que vellent. Et hiis
petentibus concessit iudeos
ubique patriis uti legibus
et septem annum sine tri-
butis esse propter sabbatum terre.
Et exinde ad alias civita-
tes profectus est. Cum vero samarite
videntes eius munificen-
tiam circa iudeos cognatos
se esse dixerunt iudeorum
origine sua ab effraym et
manasse recensentes et po-
stulaverunt ut templum eorum
in garizim honoraret quod
reditu se facturum promisit.
Cumque peterent ab eo relaxa-
tionem vii anni quesivit
qui essent et dixerunt se
esse hebreos. Cumque addidit
utrum essent iudei negave-
runt se esse iudeos. Et cum

respondit. Judicis tamen ego hec
concessi. Porro nos sub
silencio pertransimus qualiter
Allexander darium vicit et po
rum et quomodo consuluit ar
bores solis et lune et ce
tera admiracione digna
que preceptori suo aristobo
li per epistolam indicavit ad
ea que circa populum dei gesta
sunt festinantes attendamus.

De reclusione x tribuum et morte Allexandri

(margin: reclusione / tribuum et / mort allexan / i)

Itaque tu ve-
misisset allexander ad
montes caspios mise
runt ad illum filii captivitatis
x tribuum qui edicto eius con
tenebantur egredi non licere
postulantes ab eo ingredi
endi licenciam. Cumque cogno
visset causam captivitatis
accepit eos recessisse ad
apte a deo ipsi vitulis au
reis ymolando et per prophetas
dei predictum esse eos a capti
vitate non redituros. Conc
ludit quod arcius includeret
eos. Cumque angusta viarum
obstrueret molibus bitumina
tis videns humanum laborem
non sufficere ut opus illud
compleret oravit deum israel
et accesserunt ad se invicem
prerupta moncium et factus
est locus immeabilis. Ex quo
liquido apparet non esse dei
voluntatem ut exeant. Egre
dientur tamen circa finem
mundi magnam hominum stra
gem facturi. Et ut ait Jose
phus quid facturus est deus
pro fidelibus suis si tantum fecit
pro infidelibus. Cumque redisset
allexander in babilonem
sumpto veneno a servo suo
a usum lingue amisit et
extremam voluntatem suam
in scripto exposuit. Et noluit
monarchiam suam in aliquem
transferre ne aliquis parti
ci in potencia aput posteros
legeretur et xii quos ab ado
lescencia sua socios habu
erat regni successores insti
tuit. Hec autem institucio non ste
tit. Nam inter eos his tamen ali
is abiectis regnaverunt sicut
in hystoriis danielis est com
prehensum. Mortuus autem
cum esset annorum xxxii et
xii annis regnavit. Qui xii
allexandrias edificavit pri
mo annorum quibus regna
vit. Ipse in amone id est in
civitate condidit parcho-
nium id est locum sue iudi
cium.

De ptholomeo sother (margin: De ptolomeo sother)

Et regnavit post eum
ptholomeus in egypto
qui cognominatus est so
ther. Cum in regno suo ad
iecisset syriam apposuit ut
adiceret et iudeam et ascen
dens in iherusalem die sabbati
sciens ea die iudeos arma
non moturos sub simulacione
sacrificandi deo nullo contra
dicente intravit. Unde secundum
iosephum innumeros cavatur
arthudes iudeos redictos
appellavit qui per superfluam
superstitionem grave dampnum
sustinuerunt. Ptholomeus
itaque multos de iudea et
garizim captivos trahens

ad egiptum redijt et uen
dicam exponens eos ane
quatationibus nationum dis
tracti sunt et dispersi. Et per
hanc captiuitatem licet
non fuerit generalis diffusio
dispersi sunt in nationes. Vn
de actibus apostolorum legitur con
uenisse in iherusalem iudeos ex
omni natione que sub celo
est. Jaddo pontifici successit
ei filius eius Onias. Cui
successit filius eius Syme
on iustus. Cui successit frat
suus Eleazarus pro Onia
Onia filio Symonis adhuc
paruulo. Prudencia tc.

Prudencia

Hoc tempore apud
[A]lexandrum? Clandrius tertius rome
... rome clarauit qui a
quas claudias induxit
et uiam appiam strauit.
Theofrastus philosophus
clarauit qui a diuinitate lo
quendi ut ait Cicero nomen
accepit. Censu rome agita
to inuenta sunt ciuium c et
lxx. Et condite sunt a ro
mis Ariminum et beneuentum.

De ptholomeo phi ladelpho.

De ptholomeo philadelpho

Post ptho
lomeum sother regnauit in egip
to philadelphus. Hic stu
diosus et librorum cupidus
demetrium bibliotece sue
prefecit. Cumque quesisset ab eo
de numero librorum. xx. adesse
rndit sed post tempus usque
ad .l. posse peruenire et me
moratum sibi dixit esse apud
iudeos legem siue scripture
diuinitus editam et dignitatis eius
scriptam per qua summope
laborandum esse dicebat. In
grecam conuersa eloqui
um maximis regalibus
habetur. Hec enim erat lex
dei quam philosophi zema
dicunt id est viuentem. Zem
enim vitam uel viuere sonat,
quam vulgus appellat ione.
Et ad ostendendam legis eius
sanctitatem addidit quod non
nisi a dei viuentis culto
ribus transferri potuisset. Nam
et theopompus cum historiis
quas scribebat eam voluisset
~~inserere~~ mente versus
est in amentiam per dies xx
xx. Theodectes quoque poeta
eandem cum facto e tetig et
penitentes sanati sunt. Et
suggessit regi ut scriberet ponti
fici iudeorum ut iudeos he
braice et grece lingue pe
ritos ad ipsum regem dirigeret
cum lege dei qui ad eam trans
ferendam sufficerent. Quod
ut impetraret munera cum
epistolis mittenda censuit.
Aderat ibi aristeus qui
longo tempore iudeorum calamitati
compatiens opportunitate
liberandi eos inuenta ait:
Nunc modo quod postulas
obtinebis. Tot iudeis in reg
no tuo seruientibus? Absolue
itaque eos et michi grauius erit
pontifici iudeorum. Nec dico
ob hoc quod dicor metu iudeorum
affinem estimes. Scio quia scio
tua interesse si factorem omnium
demum honoraueris. Et liberauit
rex de iudeis c. xx. dans
dominis eorum pro captiuitate
c. xx. dragmas argenti

Cumque dixisset vir hoc magnum esse dixerunt. Magna quidem est, sed non regi munificencie. Tunc scripsit rex eleazaro in hunc modum. Benedictam tuam que servus nobis erat liberatam donavi arbitrans hoc esse deo iocundum quorum quosdam milicie assignavi, alios quorum fidem probaveram constitui in palacio. Leges vero vestras in nostra bibliotheca reponere decrevi. Bene ergo facies mittendo nobis viros seniores qui valeant interpretacionem earum nobis tante relinquere. Transmisi modo c talenta argenti pro immolacionibus faciendis et separavi l talenta auri ad crateras et ligatoria facienda et gemmas sine numero ad artificium optimum. Tu manda nobis quecumque fieri volueris quod gratius amplectemur. Tunc remittens ad eum eleazarus quod postulabat rescripsit ita. Ad interpretandam legem quam postulas misi viros seniores de unaquaque tribu vi legem ferentes. Tue autem pietatis erit, ut iusticie ad nos eam tante remittere. Hii sunt lxx interpretes qui librorum fuerunt more sacre scripture lxx dicuntur, quia modicus numerus si super aliquam summam superexcesserit, sepe subticetur. Qui cum venissent ad regem benigne ab eo recepti sunt. Non tamen ad regem intromissi usque in diem quintum. Imminebat enim illi dies solempnitas nupcialis pro triumpho sicut quodam quem maiores sui ea die habuerunt. Ea igitur die suscepit eos quos eorum de insulsitate primum decreverat honorare. Post susceptionem vero xii diebus fuerunt cum rege et saciati sunt ab eis que in corde suo disposuerat et pariter de cognicione dei et regni gubernacione. Cumque instruxissent eum de regni administracione plenius disputaverunt de uno deo colendo, et quod nulla creatura deus esset. Unde est quod reges crediderit eis de trinitate vel sub silencio transierunt vel enigmatice transtulerunt ne tres deos colendos tradidisse viderentur. Similiter et de incarnacione ubi facientes ut in ysaia qui audivisset puer nobis nascitur et addidisset vi eius nomina quorum unum est deus fortis, pro illis vi nominibus transtulerunt magni consilii angelus ne viderentur tradidisse hominem deificatum. Tunc ostenderunt rotulum quem attulerant. Rex non sufficiebat admirari cartarum tenuitatem et compaginacionem que oculis deprehendi non posset, quanquam et littere auree intermixte cartarum adeo legibiles apparerent. Introducti autem sunt in domum regis seorsum mare secretam que erat ad negociorum deliberacionem et date sunt eis celle singule. Et sicut visum est eis opportunum et commodum ad contemplandum regi bona poli

> Policronitudo dicitur oratio que fit ab ecclesia pro regibus, pontificibus et principibus terre et optat eis bona spiritualia et temporalia et eterna et temporis longitudinem. Polis enim grece pluralitas latine, cronos tempus. Adhuc apud grecos talis consuetudo est ut cum surgunt mane templum respicientes clamant policronitudo basileos id est multo tempore vivat rex.

[illegible]titudine. Tunc lavabant se ad mare secundum purificationem iudeorum. [illegible] ca inscribebant usque ad horam nonam. Inde transibant ad cibum et ad requiem et sic [illegible] vixit opus lxx duobus diebus. Unde quibusdam visum est quod non transtulerunt nisi pentateucum. [illegible] vero vel propter quod aliqui eorum ex adversarium redierunt vel propter quod aliqui eorum ad regem redeuntes transtulerunt psalmos et prophetas. Verumptamen sic miraculose factum est ut tradidit Augustinus quod una et eadem sine dissonantia inventa sit editio omnium. Miraculose fieri potuit ut in tot diebus interpretati sunt legem psalmos et prophetas. Ieronimus tamen videtur velle quod interpretationes in diebus in sabbato conferebant, et omnibus conferentes unam. Nec mirandum hoc esse asserit cum Esdras legem etiam prophetam reparaverat. [illegible] tamen cum veteri scriptura que apud Samaritanos erat correxit. Opere completo convocavit Demetrius qui super libros erat, cives iudeos

civitatis in Allexandria et de provincia presbyteros et lecta est coram omnibus translatio eorum et approbata. Postea delata est ad regem et coram eo replicata. Cumque peterent interpretes a rege dari auctoritatem in mobiles perseverarent, hoc se facturum laudavit si denuo iterum ita caste corrigerent eam ut quod interpretatum fuerit non contradicatur veritati. Et misit eos in muneribus honoratos. Eleazaro quoque transmisit munera. In templo vero misit preter vasa mensam auream gemmis inspirabilibus insignitam cuius crassitudo tunc esset dimidii cubiti, tamen materiam superabat opus. [illegible]

Hoc tempore Sostratus famam in allexandria construxit. Aratus claruit et argentarius nummus primus in urbe. [illegible] Romanos Cartaginenses navali prelio vicerunt Metello consule fugato. [illegible]

Post Philadelphum regnavit frater eius Ptholomeus Evergetes qui ab egyptiis dicitur evergetes dictus est quod retributionem sonat, quia post vastatam Syriam et Ciliciam et partem Asie inter innumera spolia que cepit etiam deos eorum quos Cambises in Persas transvexerat revexit. Iudeorum pontifex Onias Simonis iusti filius cui successit Simon filius eius

sub quo Ihesus filius Syra-
ch librum sapientie qui et
ecclesiasticus dicitur composuit quem
panarethon vocavit et pre-
dicti Symonis in eo facit men-
cionem. Hor- | Hircanus quod est to-
tus Onias ad- | tus et arces quod
tributa negans | est virtus quia to-
tus virtuosus
et energeti zelo legis vel
potius ob avariciam ut dicit Io-
sephus qui eum in honorem
fuisse testatur compulit ipse
in iram et missus est legatus
a iudeis cum multis Onias
ad regem Iosephus vir no-
bilis filius Thobie filius
et sororis Onie Hircanus fi-
lius Hircanus cuius dum puer
esset probamus per pruden-
ciam tradens ei cum iusta be-
num sue loris. Hunc non sed in
pacem reformavit sed semi-
sus est deinde dominus iudee
et finitimarum regionum.
Quadraginta
fere milia Gallorum
a Romanis sunt cesa
capitum eorum Tolosius mag-
nus terre motu terruit et
tempore eiusdem tercentius
a catone questore romanam
translatus est parto super tu-
tentum et unus ancille
misteno

Post euergetem reg-
navit filius Ptho-
lomeus philopator
post Ptholomeus Epipha-
nes post quem Ptholomeus
philometor quem vicit rex
Syrie Anthiochus magnus
et iudeam sibi subiugavit.
Pontifex iudeorum Onias ma-
gnus filius filius Symonis
idque ad reparandum fedus

Imago erat maxima mire altitudi-
nis ut sagitta ad summum dirigi non
valeret et caput eius tante altitudinis
quod capere non poterat propter chorus summum
et in inferiori parte in pedibus ap-
ta erat unde poterat quis intrare et
ascendere

quod legerat fuisse inter
Abraham et maiores suos
Lacedemoniorum rex Arius
legatos misit. Pontifex Anti-
ochus tributa VII anni et
ministrorum templi quem Phi-
ladelphus relapsaverat
a iudeis renovavit. Hunc
dum finitimas regiones
super modum infestaret dela-
ta est res ad romanos et mis-
si sunt ad eum scilicet Scipio Na-
sica et Scipio Affricanus
et ab infestatione sub reli-
gione iurisiurandi amo-
verunt eum. Insuper tulerunt
ab eo obsidem filium eius
Seleucum quem nolens imper-
iis tradidit pro eo filium
minorem natu Anthiochum
Epiphanem ita quod esset
obses perpetuus id est non
rediturus. Propterea eius Anthio-
chi fenicem descendit Co-
mas in egyptum ad Ptolo-
meum ut est supra dictum.
Et occisus est in perside An-
thiochus in fano Nanee et
inebriatus eiectus est a sacerdo-
tibus qui in dolo promiserant
ei thezauros et cum pauci
ibi intromiserunt eum in
abditum
Post Anthiochum ma-
gnum regnavit in Sy-
ria filius eius ma-
ior Seleucus pessimus
sed iniens Pontifex iu-
deorum Onias. Sua omnia tu-
ens fugiens in egyptum filius eius
Symon sedit pro eo cui suc-
cessit filius eius Onias. Sub
hoc misit Seleucus in manu
Eliodori in Ierusalem ad spoli-
andum omnem erarium
templi. Qui cum ingressus in
templum surrexerunt

De seleuco

duo iuuenes de latibulis
et ceciderunt eum. Tamen
videtur Iosephus velle an-
gelos fuisse in similitudine
hominum. In secundo libro Macha-
beorum legitur quod apparuit ter-
ribilis sessor equi et con-
culcabat eum et confractus
est et mutus sed non mortuus
et duo iuuenes de torrigi-
is flagellabant eum. Ti-
mens quod Onias indignacione
plena curauit ad dominum de
profundo et surrexit. Ani-
rediens ad regem ait. Si ha-
bucrit dominus meus aliquos
quorum sciatis sanguine mittat
eos in Jerusalem ut spolient te-
plum. Incidencia [illegible]

Incidencia

Eo tempore Aristobo-
lus natione iudeus
peripateticus philoso-
phus scripsit commentarios
explanationum in Moysen
Ptholomei Philometori.

De Anthiocho Epiphane

De anthiocho epiphane

Audiens
vero Anthio-
chus Epiphanes qui
Rome obses erat pro patre
patrem mortuum, sciensque fratris
inertiam de regno Syrie eijcien-
do provinciales clam Romam
egressus est, licet quidam tra-
dant eum sub continentia
senatorum redijsse. Receptusque
in Syria benignum se ciuibus
et ministris exposuit. Cle-
mens erat, magnificus et ac-
er in hostes. Unde et a populo co-
gnominatus est Epiphanes, quod
sonat illustris, et mortuo
fratre regnauit pro eo. Tunc
iniquitatem sibi insitam ap-
peruit, quam regno obtinen-
do palliauerat. Tunc sur-
rexerunt in Jerusalem filii Beli-
al introducentes ritus gen-
tium et petierunt ab Anthi-
ocho ut facerent in Jerusalem
ephebia, id est lupanar
ephebeorum, et quod Ierosoli-
mite scriberentur Anthio-
cheni, et gymnasia in quibus
dogmatizabatur de ritu gen-
tilitatis. Et fecerunt sibi
preputia et circumcidebant par-
vulos suos vel quia ritu pre-
putiatorum viuebant. Qui-
dam tamen volunt quod quedam
velamina fecerunt circa [illegible]
sue ne in denudatione
grecis apparerent dissi-
miles. Causa non leuis
flagicii hec fuit. Onias
summus sacerdos duos habebat
fratres, Iesum vel Oniam, et Io-
hannem qui contendebat
de pontificatu. Et ut pla-
cerent Anthiocho declina-
uerunt ad ritum gentium,
adeo ut etiam nomina gen-
tium sibi imponerent. Et Iesus
dictus Iason, Iohannes vero
Menelaus vel Onias. Cum
quod plures essent cum Iasone
supplicauit Anthiocho de
faciendo gymnasio in Ie-
rusalem. Et audierunt eum
viri pessimi culpabiles in
cibo et violatione sabbati.
Postea Anthiochus amouit
Iasonem et eleuauit Me-
nelaum, qui secutus est Iaso-
nem in Anthiochiam. Hic cum
vidisset facinus suum,
descenderat ad regem si pos-
set mutare animum regis. Quod
cum negaret, cedebat in An-
thiochiam in asilo et veniens

pecunia enim menelaus suasit
andronico ut occideret oniam
Xpi. Qui evocatus enim de asilo
occiditur enim. Et iratus rex pro
morte iusti andronicum spoli-
avit purpura et flagella-
tum per civitatem in eodem loco fe-
cit occidi in quo occiderat o-
niam. Sed in secundo tamen mach-
abeorum libro dicitur quod
iason fuisse frater onie, et
menelaus frater tamen eorum sy-
monis qui invidens onie per-
suasit seleuco de templi er-
ario spoliando de quo supra
dictum est. Porro antiochus cum
percussisset egyptum ido-
lo ascendit in ierusalem et per di-
visionem templum ad libitum fe-
cit in ea et percussit multos in
ierusalem et loquebatur omnibus ira.
Cumque rediisset in egyptum
et esset repulsus per nuncios
romanorum post biennium re-
diit in ierusalem in furore. Et ap-
peruerunt ei portas sibi fa-
ventes et interemit contraria
sentientes et exspoliavit tem-
plum menelao ductore tol-
lens vasa et lucernas men-
sam et sacrarium et urna
auream. Auctus quoque non
abstinuit et posuit in templum
ierusalem iovis olimpici vel
hospitalis. Oblatione mosai-
cas fieri prohibuit altare
eneum amoveus et suilla
edere et ydolo immolare co-
egit iudeos arcemque muni-
vit in civitate david in qua
posuit presidium macedonum
qui iudeis erant in omnibus
inhumani. Nam quoscumque
invenidisse filios suos repe-
rit suspendebant et par-
vulos ad colla eorum. Unde

tes autem samarite iudeos
Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris et educens eos dixit: Ite et loquimini in templo plebi omnia verba vite huius, scilicet vite christiane, quod additur non fuit necessarium quia iam famosa erat secta christianorum. Non est autem intelligendum angelum aperuisse ianuas carceris, sed quod deinde erant aperte. Sic intelligendum est ac si diceret: ita eos educens ac si ianue essent aperte. Attendendum est enim iuxta quod tradunt sancti ianuis clausis eductos esse de carcere, quod factum est ad eorum confirmationem et iudeorum confutationem. Vide quomodo hesitavit Thomas Christum in carne et ossibus clausis ianuis ad discipulos intrasse, cum semper viderat ianuis clausis eductum esse de carcere. Iudei quoque dicentes corpus Christi furto sublatum de monumento, quo furto dicerent et apostolos eductos esse de carcere clauso. Iuxta preceptum domini angeli intraverunt apostoli diluculo in templum et docebant plebem, quia preceperat angelus ut predicarent in templo, scilicet in loco celebri et a sacerdotibus frequentato. Quomodo obstupuerunt illis eductis

Advenientes autem princeps sacerdotum et qui cum eo erant convocaverunt concilium ut deliberarent quid faciendum esset de eis. Et ad hoc enim missi fuerunt in carcerem ut traherent ad iudicium, et miserunt ad carcerem ut adducerentur. Cumque venissent ministri, reversi nunciaverunt eis, pauci renunciaverunt dicentes: Carcerem invenimus clausum cum omni diligentia et custodes stantes ad ianuam; aperientes autem neminem intus invenimus. Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi et principes sacerdotum, id est potentiores et sapientiores, ambigebant de illis quidnam fieret. Adveniens autem quidam nunciavit eis: Viri quos posuistis in carcere stant in templo et docent populum. Tunc abiens magistratus cum ministris, id est principes sacerdotum, et est magistratus [illegible], et adduxit eos sine vi, non audentes eis facere violentiam propter populum qui favebat eis, et statuerunt eos in concilio. Et ait illis princeps sacerdotum: Precipiendo precepimus vobis auctoritate scilicet pontificali ne do-

cerent in no

docetis in nomine isto scilicet in
nomine Ihesu et ecce reple-
stis Ierusalem doctrina vestra vul-
tis voltis inducere sangui-
nem super nos istius hominis
id est sanguinis eius vindictam.
Contra dicent. Numquid argui-
tis nos qui reos sanguinis in-
nocentis condempnando eum in-
nocentem quem condempna-
vimus. Et viderimus. Unani-
miter omnes apostoli conservarunt
et zelo non patientes unum
locum permittunt. Obedire opor-
tet deo magis quam hominibus.
Deus patrum nostrorum suscitavit
Ihesum quem vos interemistis
suspendentes in ligno, et ex-
altavit illum ad dexteram
suam. Et nos testes sumus
horum verborum et spiritus sanctus quem
dedit non solum nobis sed
omnibus obedientibus sibi. Ergo
eos ad penitentiam provocat,
ac si diceret etiam vobis si ve-
litis obedire. Hec autem audien-
tes dissecabantur in cordibus
suis. De consilio Gamali-
elis.

Tunc surgens
in concilio quidam
phariseus nomine Ga-
maliel legis doctor
honorabilis universe ple-
bi precepit ut ad breve amo-
verentur. Iste Gamaliel ut
dicit Clemens in epistola qua-
dam fuit discipulus apostolorum
erat inter iudeos ut sepe miti-
garet furorem eorum ad-
versus eos. Locutus est ergo Ga-
maliel in concilio in hunc
modum: Viri israhelite atten-
dite vobis quid acturi estis

super hominibus istis. Quasi diceret
non debetis subito iudicare
vel condempnare quia si ex ho-
minibus tantum est opus, hom-
inum per se destruetur. Si autem
est opus dei stabit nec po-
terit destrui. Et hoc ostendit ex-
emplo duorum scilicet Theode et
Iude Galilei. Theodas ma-
gus ut tradit Iosephus dice-
bat se esse prophetam, ad cuius
persuasionem multi vendi-
tis omnibus suis et sublatis
cum se facultatibus vene-
runt ad ripas Iordanis
et promisit se facturum per
[struck] [illegible] ut di-
videretur Iordanis et tran-
sirent sicco pede sicut tran-
sierunt filii Israel. Et dum
expectarent in illo [illegible]
superveniens imperator Ro-
me cum multitudine militum
equitum multos occidit et
caput ipsius Theo-
de Ierosolimam reportavit.
Post hunc exstitit Iudas
Galileus in diebus professio-
nis id est descriptionis univer-
salis ab Augusto facte qui
universis precepit solvere censum
capitis et profitebatur se subditum
romano imperio. Iste Iudas
Galileus fuit, et eius ge-
nere et ut tradit Iosephus
persuadebat iudeis ut ne-
garent tributa romanis
asserens eos qui primitias
et decimas deo solvebant
non debere solvere tributa ho-
minibus, et in tantum convaluit
hec eius doctrina ut Pharisei
et magna pars populi quereret
ab ipso domino an solvere

esset tributum cesari prout ipse et quotquot cir
cumsciderint. Consen-
serunt ergo exhortationi
gamalielis et reuocan-
tes apostolos flagellauerunt
eos et flagellatos dimi-
serunt prohibentes sub
comminatione mortis ne am-
plius loquerentur in nomine
ihesu. Et ibant apostoli a con-
spectu concilii gaudentes
quod digni habiti sunt pro nomine
ihesu contumeliam pati. Et
ecce quantum erat iam in eis
robur fidei qui nec verbis
prohiberi potuerunt nec fla-
gellis in non destiterunt
immo verbis prohibiti modo
flagellis cesi **De causa
murmuris inter christianos**

In diebus autem illis cre-
scente numero apostolorum id
est christianorum qui eo tempore
dicebantur discipuli factum
est murmur grecorum id est
aduenarum gentilium in
ciuitate conuersancium
vel iudeorum qui fuerant in
dispersione nati et inter gre-
cos nutriti aduersus he-
breos eo quod despicerentur
eorum vidue in ministerio
cottidiano quia vidue he-
breorum erant magis prope
et in aliis preferebantur in dis-
pensatione administrationis
cottidiane. Et potest intelligi
causa murmuris duplex vel
quia vidue grecorum in cottidia-
no ministerio non admit-
tebantur. Vel quia in ministerio cot-
tidiano minus curabantur
forte faciebant eas forciores
et singulis dies administrare
videntes apostoli causam admi-
rationis murmurationem
cuitare per administrationem vi-
duarum quas ipsi necesse erat
administrare quia ipsi non
poterant ad hoc sufficere
ut singulis distribuerent
conuocantes multitudinem
dixerunt. Non est equum nos
derelinquere verbum dei et ministra-
re mensis. Considerate ergo
fratres ex vobis viros boni
testimonii vii plenos spiritu
sancto et sapientia quos con-
stituamus super hoc opus
ut ipsi ministrarent vel pro-
sint ministrantibus nos vero
verbi et predicationi vaca-
bimus. Et placuit sermo coram
multitudini. Et elegerunt
vii. Stephanum scilicet et philip-
pum et prochorum et nicano-
rem et timonem et parme-
nam et nicolaum aduenam
anthiocenum qui solus dictus
est aduena sive quia solus
erat aduena vel quia no-
bilis erat futurus. Aduena
aduena id est alienus. Hos sta-
tuerunt illi qui elegerunt
ante conspectum apostolorum et ora-
tes apostoli imposuerunt eis ma-
nus. Hos viros sicut in ecclesia
antiquitatem primitiua consti-
tuti ut portarent pondus ne-
gociorum ut episcopi liberius va-
carent doctrine et orationi. Sed
episcopi nostri temporis quia de-
prehenderunt antiquitatem nos
in singulis administratione mi-
nus circumspectos prouida

cautela dant operam secundum administracionem. Et vide quod apostoli orantes leguntur manus eis imposuisse, id est in ordinibus sicut orantes legati cum auctoritate in quibusdam eciam manus imponitur diaconibus ordinatoribus. Cui autem manus eis non imponitur secundum auctoritatem Bede. Quod eciam dictum est et orantes imposuerunt eis manus dicitur intelligendum esse factum. Per quod postea ordinauerunt ministros sacri altaris et domini sanguinis et tunc eis manus imposuerunt. Unde et sacerdotibus cum ordinantur manus imponuntur. Verbum domini crescebat et multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem et multa eciam turba sacerdotum obediebant fidei.

De commendacione viri stephani

Stephanus plenus gracia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de sinagoga libertinorum a regione sic dictorum vel libertinorum id est missorum qui cum prius fuissent servi postea fuerunt de libertate donati et post de simili condicione fuerunt qui primo fidei restiterunt et cirenensium a cirene civitate et eorum qui erant a cilicia et asia minori que supprime sunt disputantes cum stephano et non poterant resistere sapiencie et spiritui sancto qui in eo loquebatur. Tunc summiserunt viros duos falsos testes qui testificarentur eum dixisse blasfemiam in deum et in moysen. Et commoverunt plebem et seniores et scribas et adduxerunt eum secum ad concilium et statuerunt duos falsos testes et dixerunt Homo iste non cessat loqui adversus sanctum locum et moysen. Audivimus dicentem de templo et legi ... eum dicentem quod ihesus nazarenus destruet locum istud et mutabit tradiciones quas tradidit moyses nobis. Et omnes qui intuebantur eum sedentes in concilio videbant faciem eius quasi faciem angeli. Et dixit ad eum princeps sacerdotum Numquid hec ita se habent. Tunc aggressus est beatus stephanus facere sermonem et quia arguebatur de blasfemia in deum et in moysen premittit in principio sermonis commendacionem dei dicens Deus qui loquitur cum patribus et prophetis esse deum maiestatis et glorie. Et statim ascendit ad commendacionem moysi inchoans ab altiori scilicet a commendacione patrum a quibus descendit moyses. Inchoat itaque ab abraham quo egressus de caldea venit in mesopotamiam et inde in carram et inde in iudeam.

De sermone eiusdem

Viri ... patres et fratres audite. Deus glorie apparuit

prn mo abrahe cum esset
i mesopotamia priusquam
moraretur in carran et
dixit illi exi de terra tua
et de cognacione tua et
cetera additur in genesi
scilicet de domo patris tui
sed a stephano pretermittitur quia
scientibus loquebatur Sed hysto
riam breuiter tangit ne
tamen quidem notam Sed vide
scolastici libro geneseos
vbi videtur contineri quod
post mortem patris scilicet thare
dictum fuit hoc abrahe de
quo constat quia mortu
us est in carra vbi et filius
eius cum eo habitauit et ita
dictum est in carran Quid
est ergo quod hic dicatur priusquam
moraretur in Carran
Solutio .n. utrobique dici
tur vel dicatur et dixit ad il
lum supple post ea in carra
Sed siue in mesopotamia
siue in carran siue ut
bique dictum sit quomodo dic
tum est ei exi de terra tua
Nunquid exierat iam de cal
dea utique sed adhuc ibi
tenebatur spe et desiderio
redeundi Sed responsio est quod exi
uit exiret mente quia
iam exierat corpore Vel
sed dici quod mesopotamia
et Cana in caldea sunt
et ita egressus de Caldea
idest de regionem parte cal
dee venit in mesopota
miam in aliam scilicet partem
caldee et inde venit in
carran que adhuc erat
in mesopotamia Tunc
exiit de terra caldeorum et de
mesopotamia quantum adhuc
quod intelligitur verbis dic
tum et postea venit in car
ran et inde similiter de car
ra Sed qui mortuus est pater
eius transtulit eum in terram
istam in qua vos habitatis
Vel tunc exiit de terra calde
orum mente et inde id est de
nuo post deposicionem saltem
illius voluntatis Post mor
tem patris translatus est in terram
istam Vel si intelligatur dic
tum venit in carran pla
ne legitur hec hystoria et inde
quia in hebreo legitur de
hur caldeorum id est de igne
Chaldei enim ignem adora
bant et per ignem traicie
bant paruulos suos purgan
dos traicimus per aquas bap
tismatis et tradunt hebrei
quod thare et filii eius cum esset
in caldea et nolebat ado
rare ignem proiecti sunt in
ignem a Chaldeis et com
bustus est aran arram
frater abrahe Abraham
vero a deo liberatus est Vnde
sepe dictum est ei a deo
Ego sum dominus deus tuus
qui eduxi te de hur cal
deorum Prosecutio narracionis
Postquam liberatus est
cum patre suo thare
et nachor fratre
et loth nepote et
tota familia venit in car
ran et inde post mortem
patris ibi remanente fratre
nachor venit in iudeam et
non dedit illi illi deus he
reditatem in ea nec passum

pedis. Dicit etiam minimam
partem quia nil ibi pos
sedit nisi titulo emptio
nis. Speluncam enim duplicem
agro non hereditate posse
dit sed precio emit ab ef
fron filio seor ethei sed
terre promisit daret illam in
hereditatem semini eius post
ipsum tamen non heredem filium di
cens erit semen tuum acco
la id est peregrinum in terra
aliena cccc et xxx an
nis et in parte huius tempo
ris subicient eos servitu
ti et male tractabunt eos
egipcii quia cc et xl iiii^or
annis fuerunt in servitute
egipti et gentem cui servi
erunt ego iudicabo dicit
dominus. Et post hec exibunt
et servient michi in loco isto
sic ordinata constructione
liquet nichil scrupuli sur
git unde hos cccc xxx
annos computat raba
nus ab hac die qua facta
est hec promissio abrahe
usque ad egressum de egip
to. A tempore namque promissionis
facte abrahe usque ad in
gressum iacob in egiptum
fluxerunt ccxl anni et
ab ingressu usque ad egres
sum totidem sic rabanus
cuius sentencie videtur apostolus
dicens quod post cccc xxx an
nos facta est lex. Quomodo co
mputantur cccc xxx
anni
Beda et augustinus
quia dictum est in ysa
ac vocabitur tibi se
men adherentes huic
verbo computant istos

cccc xxx annos a nativitate
ysaac usque ad mortem duorum
regum scilicet seon re
gis et amorreorum et og re
gis basan. Prosequitur
deinde beatus stephanus histo
riam et dedit illi testamen
tum circumcisionis et genu
it ysaac et circumcidit eum
viii die et ysaac genuit
iacob et iacob xii patriar
chas et patriarche emula
tes ioseph vendiderunt eum
in egiptum id est negociatoribus
qui tulerunt eum in egip
tum [illegible] tulit et erat
deus cum eo et eripuit eum
ex omnibus tribulacionibus su
is et dedit illi sapienciam et
graciam in conspectu pharao
nis regis egipti et con
stituit eum prepositum super
egiptum et super omnem do
mum suam. Postea facta
est fames in universa terra.
Et audiens iacob frumen
tum esse in egipto primo
misit filios. Deinde ipse cum
lxxv animabus descendit
in egiptum. Veritas habet
secundum librum genesis quod
cum lxx animabus intravit
Et si computentur ipsi ia
cob et ioseph cum duobus
filiis non sunt nisi lxx. Lucas
addidit quinque per anticipacionem
computans nepotes ioseph
sequens editionem lxx que
magis erat autentica quam
si sequeretur forte minus vi
deretur ei et opus eius suspec
tum haberetur. Et defunc
tus est ipse iacob in egipto
et patres nostri scilicet xii pa
triarche translati sunt

in sychem hoc de ipso io
seph legitur quia filii is
rael ipsi ad eius petitionem
ossa eius de egypto trans
tulerunt que etiam ipse
tasse legimus et sepulta
sunt in sychem Et inde ergo
per pluralem dictum est translati
sunt in sychem

Opinio bede
credendum de adam

A est ut dicit beda Ste
phano credendum est
ieronimo qui in hys
toria paule dicit eam trans
isse per sychem et ibi vidisse
sepulcra xii patriarcharum Primo
translati sunt in sychem et in
de portati sunt postea in sepul
tura quod erat abraham
precio argenti a filiis emor
filii sychem in spelunca
scilicet duplici quam emit ab et
hiis ab efron filio seor
etheo scilicet in mabramio ubi
sepultus est adam cum eua
abraham cum sara ysaac
cum rebecca iacob cum lya
Sed quod dicitur in sepulchro
quod emit abraham a filiis
emor filii sychem cum con
stet abraham emisse se
pulcrum ab effron etheo
Sic construunt quidam translati
sunt in sychem sychem
dico empta a filiis emor
filiis sychem Et quid est
quod dicit emor filius sy
chem cum constet sychem fu
isse filium emor Solutio est
eo quod fuerunt duo sychem quorum
alter alteri dicitur pater
emor Alter in genesi dicitur
filius eius Vel ita ordina
constructionem ut intelligas prin
cipium sermonis in finem
hoc modo a filiis sychem
filii emor et ita hic loco
habetur in libro loco genesis
Ut ergo omnis excludatur
dubitatio ita construatur litera
translati sunt in sychem sy
chem dico empta a iacob
scilicet a filiis sychem filii emor
ac si diceretur nullam par
tem sychem quam emit ia
cob nono abraham et inde
postea portati sunt in sepulchro
quod emit abraham ab efron
etheo scilicet in abraamio

procedit stephanus ad ordinem
hystorie etc

P ostea
procedit stephanus ad
ordinem hystorie
quia quodammodo digressus
fuerat et continuationem
ei quod dictum est Post hec quo
bus et sermonem mediis in loco
isto Cum autem appropinquaret
tempus repromissionis cre
vit populus et multiplicatus
est in egypto quo adusque
surrexit alius rex in egypto
ignorans beneficia ioseph
Hic affligit patres nostros et
eo tempore quo dedit edic
tum occidendi parvulos
natus est moyses et fuit
gratus deo Etate quo de ste
dum ad commendationem moysi
quia arguebant blasphe
masse in eum Qui cum nu
tritus esset tribus mensibus
in domo patris sui proiectus
in flumine et sustulit eum
filia pharaonis que venerat
ad flumen ut lavaret

et enutriuit eum sibi in filium
et nutritus est moyses in
omni sapientia egyptiorum
Et erat potens in verbis et o-
peribus suis i. eloquens et for-
tis. Cum autem esset xl an-
norum visitauit fratres suos
filios israel in terra iessen
Et occidit egyptium opprimen-
tem hebreos putans fratres in-
telligere quoniam ipse intelligebat
in spiritu quod per manum illius
dominus filios israel a manu
egyptiorum esset liberaturus
At illi non intellexerunt. Et
cum sequenti die vellet recon-
ciliare duos hebreos rixan-
tes qui iniuriam faciebat
alteri repulit eum dicens
Quis te constituit iudicem
et principem super nos. Numquid
me vis interficere sicut
heri interfecisti egyptium
Hoc audito timens sibi
fugit in terram madian. Ubi
de sephora filia iethro sacer-
dotis madian quam duxit
duos genuit filios. Comple-
tis autem annis xl apparu-
it illi dominus in deserto mon-
tis synai. Cum minaret
gregem ad interiora
deserti in rubo et facta est
vox domini ad eum dicens
Ego sum deus patrum vestrorum
Et tremefactus est moyses
Dixit autem illi dominus Sol-
ue calciamentum de pedibus
tuis terra enim in qua stas
terra sancta est. Videns vidi afflic-
tionem populi mei qui est
in egypto et gemitum eorum
audiui et descendi liberare
eos. Et nunc veni mittam
te in egyptum. Hunc moy-
sen quem negauerunt dicen-
tes Quis te constituit prin-
cipem super nos misit dominus
principem et redemptorem
eorum de seruitute egypti cum
manu i. ope vel auxilio
angeli qui apparuit in
rubo. Hic eduxit eos fa-
ciens signa et prodigia in ter-
ra egypti et in mari ru-
bro et in deserto annis xl.
Idem moyses dixit filiis
israel Prophetam suscitabit
deus nobis dominus de fra-
tribus nostris ipsum tamquam me
audietis. Hic est qui fuit in
ecclesia i. congregatione populi
israel in solitudine synai cum
angelo angelo qui loquebatur
cum eo in monte et cum patri-
bus nostris qui accepit ver-
ba vite dare nobis cui noluerunt
obedire patres nostri sed repu-
lerunt eum et auersi sunt
cordibus suis in egyptum ad
aaron dicentes Fac nobis
deos qui nos precedant. Et
fecerunt vitulum et hosti-
as ei obtulerunt. De comme-
dacio tabernaculi

Postea quia dice-
bat eum de priuato
sanctum locum sub-
diti de commendatione taber-
naculi quod dicitur est taber-
naculum testimonii vel quia
ante facies meas erat ar-
cha testimonii vel quia ante
fores tabernaculi cause sub
testibus diffiniebant. Taber-
naculum inquit testimonii fuit
cum patribus nostris in deserto sic-
ut disposuit deus ad moysen
loquens ut faceret illud secundum
formam quam viderat in
monte quod habuerunt

patres nostri usque in diebus
David. In diebus autem Sa
lomonis templum taberna
culo successit. Qui ea inceperat
eos arguere. Postquam pur
gavit se a crimine sibi a fal
sis fratribus obiecto. Dura i
cervice et incircumcisis
cordibus et auribus vos semper
spiritui sancto restitistis sicut
et patres vestri. Quem prophetarum
non sunt persecuti patres vestri.
Haec audientes dissecaba
ntur cordibus suis et stride
bant dentibus in eum. **Quo
modo lapidaverunt Ste
phanum**
Cum autem
esset Stephanus ple
nus spiritu sancto in
tuens in caelum vidit glo
riam dei et Ihesum in forma
humana stantem a dex
tris dei. Stans apparuit
ei quasi pius ne tituba
ret lapidando. Eo enim quod
stabat se paratum ei
subvenire monstrabat
quia stare pugnantis
est vel adiuvantis. Ecce video
celos apertos et fili
um hominis stantem a dex
tris virtutis dei. Tunc con
clamantes voce magna
clauserunt aures suas
quasi abhorrentes audire
blasphemiam et impetum
fecerunt unanimiter in eum
et eicientes eum extra
civitatem lapidabant. In
hoc secundum legem se agere
arbitrantes quia secundum
legem blasphemus educe
batur extra castra lapida
batur enim universus populus
et testes duo saltem fal
si qui primi secundum legem
tenebantur lapides mittere
quia in lege dictum est de
blasphemo: Prima manus
testium lapidabit. Et depo
suerunt vestimenta sua
ne inquinarentur tactu illius
secus pedes adolescentis
qui vocabatur Saulus. Postea
vocatus est Paulus. Cui teste
Beda in hoc decus misericor
diter providit quod non est
manus eius sanguine inno
centis polluta. Sed tantum ser
vavit lapidantium vesti
menta et consensit eis. Con
tamquam dignus morte puniretur
nisi deus propter gratiam ei primam
inspiraret. Et lapidabant
Stephanum invocantem
et dicentem: Domine Ihesu ac
cipe spiritum meum. Sicut et
Christus alt ad patrem: In manus
tuas domine commendo spiritum meum.
Positis autem genibus clama
vit voce magna dicens:
Domine ne statuas illis hoc
peccatum quia nesciunt quid fa
ciunt. Et hi cum ex ceteris esti
mabant se implere legem
Moysi quod dominus predixerat: Ve
nit hora ut omnes qui in
terficiunt vos arbitrentur se
obsequium prestare deo. Et
cum hoc dixisset obdormi
vit in domino. Et facta est per
secutio magna in ecclesia que
erat Ierosolimis quia et
ipso bono Stephano uno
de principibus ecclesie et quasi
primicerio vii diaconorum te
perunt alios persequi consequen
ter inter quos omnes discipuli
preter apostolos qui ut pasto
res gregis ceteris erant
constanciores dispersi sunt

per regiones iude et sama
rie fugientes a facie per
secutorum. iussu tamen spiritus precipiat
dominus. Si persecuti vos fue
rint in una civitate fugi
te in aliam. Sumpserunt autem
stephanum viri timorati
et iuxta morem terre dilige
ter curam adhibuerunt se
pulture eius et fecerunt planc
tum magnum super eum. Tunc
apostoli providentes quod adhuc se
tes postea essent tribulationes pro
videntes fidelibus qui erant
in ierusalem remansuri ordina
verunt iacobum alphei episcopum
ierosolimorum et imposuerunt ei
manus petrus iacobus et io
hannes. Hos non a pauci
oribus quam a tribus episcopis episcopus
debet consecrari.

De prima persecucione sauli

Saulus vero devasta
bat ecclesiam discur
rens per domos tra
hens viros ac mulieres
et detrudens in carcerem
neminem tamen occidebat
domino custodiente manus eius
ne sanguine innocentum
pollueret. Qui autem dis
persi fuerant pertransibant de lo
co ad locum evangelizan
tes verbum nichilominus quod dis
persi constantes in predicatione
erant. Philippus autem dia
conus secundus a stephano descen
dens in civitatem samarie predi
cabat ibi christum et intendebant
turbe unanimiter hiis que
a philippo dicebantur viden
tes miracula que faciebat
quia multos demoniacos
liberabat multos parali
ticos sanabat et claudos
erigebat. Erat autem ibi symon
magus seducens gentem cui
auscultabant omnes a minimo
usque ad maximum quia ma
gicis artibus mira faciebat
unde dicebat ipsum esse virtute
dei magnam vel angelum vel
dei filium quia mentes eorum
dementaverat et magicis ar
tibus subverterat. Cum autem crede
rent philippo evangelizanti de reg
no dei in nomine ihesu christi
baptizabantur viri et mulieres et
symon simulavit se credere et
baptizatus est. Videns enim philip
pum facere miracula qualia
et quanta ipse facere non poterat
nec ita facile putavit quod per quedam
industria sciat fieri ideo ficte
baptizatus est ut familiarius
ei adhereret et addisceret ar
tem qua similia posset facere

De peticione symonis magi

Cum audissent apostoli
qui erant ierosoli
mis quod recepisset sa
maria verbum dei mi
serunt ad eos petrum et io
hannem. Qui cum venissent
oraverunt pro ipsis ut acciperent
spiritum sanctum visibiliter quod
forte prius non receperant. Non
dum enim in quemquam illorum vene
rat visibiliter descende
rat. Constat enim quod invisibiliter
spiritum sanctum acceperant cum bap
tizati essent in nomine domini
ihesu. Tunc imponebant ma
nus super illos et accipiebant spiritum
sanctum ita quod visibili signo osten
debatur cum linguis omnibus
loquerentur. Constat tamen
philippum fuisse diaconum
non apostolum quod

tamen videtur quod glosa super Mattheum quia manuum impositionem reservavit apostolis que figura reservatur hodie solis eorum vicariis id est episcopis qui manus imponunt et spiritum sanctum tribuunt in confirmatione ubi datur spiritus sanctus ad robur. Si enim Philippus iste apostolus esset statim baptizatis manus imponeret non alios expectaret. Cum autem vidisset Symon quia per impositionem apostolorum daretur spiritus sanctus putans quod quadam industria hoc ab eis fieri et hoc posse se ab eis precio comparare obtulit eis pecuniam dicens: Date mihi potestatem ut cuicumque manus imposuero accipiat spiritum sanctum et per hoc voluit emere hanc potestatem ad lucrum. Dixit Petrus: pecunia tua tecum sit. Simpliciter dicens tecum perditionem vel imprecando ait: In perditione pecunia tua tecum sit, id est pecuniam tuam habeas et pro ea penam eternam luas. Sancti enim ad similem maledictionis proferunt non ex voto ultionis sed intuitu iustitie in eam prorumpunt. Non est tibi pars in sermone isto ut ad manuum tuarum impositionem detur spiritus sanctus; cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua et roga Deum ut si forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse. Sciebat enim Petrus in spiritu eum

permansurum non actum sed adhuc eum expectari erat eius officium. Symon autem sicut se indignum adeo gaudium noluit orare. Sed ait apostolis: precamini pro me ut nichil super me horum veniat que dixistis. Petrus vero et Iohannes redibant Ierosolimam et multis civitatibus Samaritanorum ewangelizabant.

De eunucho etyope baptizato a Philippo. 2c

Angelus domini loquutus est ad Philippum dicens: Surge et vade contra meridianum ad viam que descendit ab Ierusalem in Gazam et est. Glosa super verbum hoc id est in affricam quasi diceret: Vade ad viam per quam a Ierusalem in Gazam descenditur id est affricam. Hec sed Gaza destructa est. Vetus enim Gaza que olim erat terminus Chananeorum modo ex toto destructa erat et loco eius alia edificata est. Et surgens abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus in domo Candacis regine qui erat super omnes gazas eius. Erat enim consuetudo eunuchorum custodire thezauros. Potentiam venerat orare in Ierusalem. Et ut traditur in aliis historiis per eum miserat multa dona templo in Ierusalem Candacis regina ethiopum. Et inde quia omnes regine ethiopum dicebantur regine Candaces sicut Romani imperatores dicebantur Cesares. Non habebat regimen regio illa nisi a feminis. Cumque re

iterum ethiops ille sedens
super currum et legens ysa
iam prophetam dixit spiritus phi
lippo Accede et adiunge te
curru Accedens autem philippus
audivit eum legentem ysai
am prophetam et dixit Putas
ne intelligis quid legis Qui
ait et quo possum si non aliquis
ostenderit michi Et rogavit
philippum ut ascenderet et sederet
secum Erat autem hic locus scrip
ture quem legebat qui do
mino permittente sic legendo
occurrerat Tamquam ovis
ad occisionem ductus est et
sicut agnus coram tondente
se sine voce sic non aperuit
os suum Respondens autem eunuchus
philippo dixit Obsecro te domine
ut dicas de quo propheta hoc
dicit de se an de alio aliquo
Aperiens autem philippus os suum
et incipiens a scriptura hac
de qua sibi querebat ewange
lizavit illi ihesum Et dum irent
per illam viam venerunt ad
quandam aquam et ait eu
nuchus Ecce aqua quis pro
hibet me baptizari Dixit
philippus Si credis ex toto
corde licet tibi baptizari
At que ille credo dei filium
esse ihesum Et vide quia eu
chum in spiritu videt philippus
eunuchi fidem noluit tamen
absque corporali confessione ma
nifestam Nolens enim subi
to baptizare ut daretur
formam baptizatis et baptizan
dis interrogandi et confiten
di Unde hodie cum quadam
dilatione et protelatione
scrutiniorum celebratur bapti
sma sollempne in sabbato pas
chali quia incipiunt scruti
nia in media XL. absque die
qua cantatur Dum sanctificatus
fuero Et iussit stare cur
rum et descenderunt de curru
et baptizavit philippus eu
nuchum Et cum ascendisset
de aqua spiritus domini rapuit
philippum et amplius non vidit
eum eunuchus sed ibat per
viam suam gaudens Philippus
autem inventus est in azoto Et
pertransiens ewangelizabat
cunctis civitatibus donec
veniret cesaream in qua do
mum habuisse legitur cuius
usque hodie apparent vestigia
mansionis et cubiculum in quo fi
lie eius virgines prophetisse

De conversione Pauli

Nunc redit hystoria
ad ordinem suum prose
quens de paulo et co
tinuatur ei quod supra
dictum est Saulus devasta
bat ecclesiam quod cum dictum
est de philippo et de conversio
ne eunuchi qui mediante fu
it Saulus adhuc spirans
minarum et cedis in discipu
los domini id est adhuc eis co
minans et ad cedem eorum con
spirans accessit ad principes
sacerdotum zelo fervens
eum conantem et petiit ab
eis litteras ad singulas in decem
sinagogas que erant damas
ci ut eius auctoritate si quos
invenisset damasci huius vie
viros et mulieres vinctos
perduceret in ierusalem Et cum
iter faceret contigit ut appro
quaret damasco Et subito

circumfulsit eum lux de celo, et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris in membris meis? Qui ait: Quis es, domine? An deus es vel angelus? Ego sum Jhesus nazarenus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, id est potestatem rebellare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? ac si diceret: vel mutate tua indica michi quod presto sum tibi obedire. Ad quem dominus: Surge et ingredere civitatem et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem qui comitabantur eum stabant stupefacti audientes quidem vocem ipsius pauli vel eius qui loquebatur cum eo, neminem autem videntes. Nota quod ipse paulus infra dicit: Qui mecum erant lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Et surrexit de terra et apertis oculis nichil videbat, factus cecus corpore qui primo fuit cecus mente. Ad manus autem illum trahentes, manibus scilicet suis manus eius tenentes et quasi cecum ducentes introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns neque manducans neque bibens. Infra quod triduo creditur a spiritu sancto didicisse evangelium. Unde gloriatur in epistola ad Gallathas se non habuisse hominem magistrum dicens: Neque ab homine accepi id neque didici, sed per revelationem Jhesu Christi. Imponebatur enim ei asserendo quod pseudo predicator esset, ab anania non a spiritu sancto. Unde vocabatur eum apostolum ananie. Nec te moveat si quandoque lecta conversio eius facta primo anno dominice passionis, quandoque secundo: alterum de anno usuali, alterum de anno currenti dicitur. Si enim computes primum annum dominice passionis a kalendis januarii, est annus usualis; tunc secundo anno conversus est paulus. Si autem computes ab ipsa die passionis usque in sequentem diem passionis anno revoluto, qui est annus currens, in primo anno passionis dominice conversus est.

Quomodo ex mandato domini visitavit ananias paulum cecatum.

Erat autem Damasci discipulus quidam vir sanus nomine ananias, et dixit ad illum in visu, id est in visione, dominus: Anania. At ille ait: Ecce domine, ego paratus tibi obedire. Ad quem dominus: Surge, vade in vicum qui vocatur rectus et quere in domo Jude Saulum nomine tharsensem. Ecce enim orat. Forsan Judas erat proprium nomen hospitis sui, vel forsan erat de tribu Jude, ut sit sensus: in domo Jude, id est inter iudeos qui vel erat de tribu Jude, vel in domo Jude, id est in vico iudeorum. Vicus autem dicitur a vicinia civitatis ut dicatur vallavimus ut proprie

dicitur via vicinia urbi civitati. Hic tamen et sepe alibi aliquando accipitur. Nec timeret Ananias veniens ad Saulum que vocatur accersitum persecutorem sanctorum. Addidit dominus etiam cum dixit: Oravit. Non est timendus quia factus est de Saulo Paulus, de lupo agnus, et ego etiam revelavi ei adventum tuum. Saulum enim vidit in spiritu te introeuntem ad se et imponentem sibi manus ut visum recipiat. Tunc Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc quanta mala fecit sanctis tuis in Ierusalem. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit dominus: Vade quia vas electionis est michi iste, id est vas electum et fornace tribulationis probatum, ut portet nomen meum coram regibus et gentibus et filiis Israel. Et tu quid baptizabis eum, si non docebis eum? Solus docebo eum et ostendam quanta oporteat eum pati pro nomine meo, ut per multas tribulationes probetur vas electum. Et mala que intulit sanctis patiatur cum sanctis. Abiit Ananias et veniens ad hospitium Sauli intravit ad eum, et imponens ei manum dixit: Saule frater, dominus Ihesus qui apparuit tibi in via qua veniebas misit me ad te ut videas interiori et exteriori oculo et implearis spiritu sancto, id est spiritus sancti plenius donis. Postea in baptismo. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squame et visum recepit et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum confortatus est. Et fuit cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot et continuo ingressus in synagogas predicabat dominum Ihesum quia hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant dicentes: Nonne hic est qui persequebatur eos in Ierusalem qui invocabant nomen [illegible] istud et nunc ad hoc venerat ut vinctos eos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem magis convalescebat et confundebat iudeos qui erant Damasci affirmans quia hic est Christus.

De invidia iudeorum in paulum etc.

Cum autem implerentur dies multi a baptismo pauli consilium iudei fecerunt ut eum interficerent. Hoc quod dictum est cum implerentur dies multi potest videri hoc non fuisse factum in hoc primo adventu Damasci, sed in secundo, quia forte tunc iverat in Arabiam et ibi predicavit et multos convertit. Postea tamen iterum venit Damascum, quia magis suscitaverat invidiam iudeorum in secundo adventu Damasci statuerunt consilium ut eum occiderent, sed notificate sunt ei insidie iudeorum. Et custodiebant portas civitatis die ac nocte ut eum interficerent non iudei sed cives Damasci. Damasci prepositus gentis Arethe regis custodiebat civitatem damascenorum ut me comprehenderent ad petitionem iudeorum.

discipuli autem eius nocte
dimiserunt eum in sporta
per murum. Et vide quia in gre-
co est additum eius, sed dictum
simpliciter discipuli quia non-
dum erat inventum hoc nomen
christianus. Elapsus a manibus
damascenorum venit in ierusalem
volens iungere se discipulis
domini sed apostolis sed omnes ti-
mebant eum non credentes
quod esset discipulus. Tunc barna-
bas cyprius levites genere
qui ut supra dictum est precium agri
venditi posuit ad pedes apostolorum
apprehensum illum duxit ad
apostolos et narravit quo in
via vidisset dominum et quia lo-
cutus esset ei et quod in damasco
fiducialiter egisset in nomine
domini ihesu. Nos autem apostolorum
invenit in ierusalem ipse in epistola
ad galathas dicit scilicet petrum
et iacobum episcopum ierosolimo-
rum cum quibus mansit xv die-
bus sicut ipse in epistola dicit dicens
Deinde post iii annos secundum occa-
sione mea veni in ierusalem vide-
re petrum et mansi apud eum
xv diebus. Alium autem apostolorum
vidi neminem nisi iacobum
fratrem domini. Et erat cum illis
scilicet petro et iacobo et aliis dis-
cipulis qui erant in ierusalem
intrans et exiens per xv di-
es. Deinde venit in partes
syrie et cilicie et ibi loque-
batur gentibus et disputabat
cum grecis id est iudeis inter gre-
cos dispersis. Hec autem historia
premissa sui brevitate confu-
dit quasi totum factum sit in
ierusalem. Ita enim prodit histo-
rie series. Et erat cum eis
intrans et exiens in ierusalem fidu-
cialiter agens in nomine do-
mini loquebatur quoque gen-
tibus et disputabat cum grecis
illi autem scilicet iudei conversan-
tes inter grecos cum quibus
disputabat volebant eum oc-
cidere. Quod cum cognovissent
fratres deduxerunt eum
cesaream que civitas est pa-
lestine et inde dimiserunt
tarsum que est civitas un-
de fuit oriundus. Ipsa vero
dicit historia ad petrum de acti-
bus diversorum apostolorum agens
quasi modo intercalari. **De cu-**

ratione enee

Factum est autem ut petrus
dum predicando discur-
reret veniret lidiam
invenit autem ibi hominem
quendam nomine eneam pa-
raliticum ab annis viii in grabba-
to iacentem et ait illi petrus
Enea sanat te dominus ihesus
christus. Surge et sterne tibi
lectum qui prius nec etiam po-
terat de lecto surgere. Et con-
tinuo surrexit et videbant
eum omnes qui habitabant
lidie et sarone et conversi sunt
ad dominum. Erat autem in ioppe
discipula quedam christiana que
scilicet hebraice dicitur ~~ta~~ tha-
bita grece dorcas latine ca-
priola vel tampa. Que in-
terpretatur hominis quia tha-
bita interpretatur. Unde
thabitacumi interpretatum est
puella surge, et secundum hoc
dicitur sit interpretationes no-
mine. Hec enim puella bonis
operibus et elemosinis quas

faciebat et precipue in consu-
endis vestibus pauperum multum
laborem impendebat. Fac-
tum est autem in diebus illis in
quibus petrus venerat lyddam
ut infirmata moreretur.
Cumque lavissent eam posue-
runt eam in superiori ce-
naculo. Cum autem lyddam esset
prope ioppen discipuli audien-
tes quia petrus esset lydde
miserunt ad eum duos vi-
ros dicentes Ne pigrite-
ris venire usque ad nos et no(n)
aperuerunt ei causam. Exur-
gens autem petrus venit cum illis
Et cum advenisset duxerunt il-
lum ad cenaculum ubi iacebat
mortua thabita et circumste-
terunt illum omnes vidue fle-
tes et ostendentes ei vestes
quas faciebat illis dorcas
ut operibus misericordie eam operam
dedisse ostenderent et petrum
ad compassionem moverent.
Tunc petrus omnibus eiectis non
tamquam operaturus aliquid factu-
rus quod vellet alios late-
re quod qui magicis artibus vel
consilio demonum aliquid ma-
chinantur sed magistrum suum vo-
lens imitari qui filia ar-
chisynagogi suscitaturus eiecit
de domo eiectis paucis exceptis
. Vel quia nonnulli forte
aderant visione miraculi
indigni. Eiectis omnibus fo-
ras facta genuum flexione
oravit et conversus ad corpus
dixit Thabita surge. At
illa aperuit oculos et viso petro
resedit et dans illi manum

erexit eam et cum vocasset ill(os)
qui eiecti erant reddidit illis
eam vivam. Et notum factum
est hoc miraculum per universam
ioppen et multi crediderunt
in dominum. Et mansit petrus
in ioppe multis diebus apud
simonem coriarium vel curi-
arium quia forte curialis
erat vel parabat coria et ideo
dictus coriarius. De commenda-
tione Cornelii

Vir autem
quidam erat in cesarea
nomine cornelius ce-
nturio cohortis que
dicebatur Italica quia mis-
sa fuerat a roma civitate
que est in italia quia romani
imperatores mittebant mili-
tes suos per civitates ad cus-
todiendas munitiones. Et
erat religiosus ac timens deum
religiosus supra gradum timoris
timens infra gradum religio-
nis id est pietatis quia in graduali
ascensu donorum spiritus sancti
gradus pietatis est supra gradum
timoris. Significatur ergo religio-
sus supra gradum timoris in
tantum timens deum infra
gradum religionis ut in
nomine religionis intelligas
spiritum pietatis. Erat inquam re-
ligiosus cum omni familia
sua que religiosa erat et
timorata faciens elemo-
sinas multas plebi. Non ac-
ceptor personarum. Iste ad eos
qui circa diei nonam vidit in vi-
su manifeste id est manifesta
visione non per sompnium vel
extasi angelum dei intro-

ennte ad se et dicente sibi
Corneli at ille intuens
eu timore correptus dixit
Quis es dne / ad quem
angelus oraciones et ele
mosine tue ascenderunt
in memoriam in conspectu
dei / et nunc mitte viros
in iopen et accersi simo
ne qui cognominat petrus
hic hospitat apud simone
quendam coriariu cuius do
mus e iuxta mare citre
um / quia iope civitas
tre promissionis erat mari
tirreno proxima et in ipius
orientali littore sita et ex
parte littoris erat domus
simonis coriarij hospiciu
petri / hic inquit dicet tibi
quid te opteat facere / Ecce
cornelio dictu e ab ange
lo exaudite sunt orones tue
Vnde constat eu tunc fide
habuisse / quia in hoc consonat
sancti quod initio fidem
venit ad opa et no vice
uersa / Nondum tame crede
bat xpm incarnatu quia
de tempore incertus erat igno
rans an iam incarnatus
an adhuc incarnandus / no
tame subeat falsitas fidei
eius quia cu fide incarna
cionis habet salua fide po
terat esse in ambiguo / an
iam venisset an adhuc incar
ne venturus esset quia no
nullos sanctorum patrum la
tuit xpm natu esse / sed
postquam natus est usque
simonem usque ad x

diem nativitatis No tame
putandu est eos fide incar
nacionis no habuisse quia tpi
no est de articulo fidei immo
cu nondum eis esset predi
catu vel inspiratu / quia iam
natus esset an adhuc nascitu
turus salua fide licuit eis
esse in ambiguo / Cu disce
ssit angelus a cornelio vo
cauit duos domesticos
suos et milite timentem
dnm quod de domesticis no
e dictu quia constabat fami
liam eius religiosa esse et
timorata quibus cu narrasset
singula misit illos in iopen

c. de visione petri

Postea aut iter die faci
entibus illis et appropin
quantibus civitati iope
vel apparentibus secundum alia
liram ut ia possent viden
de hospicio petri saliens de domo
simonis coriarij ascendit
petrus in superius cenaculu
hospicij sui circa hora vi ut
in secreto oraret et post orom
comederet quia tpus erat
comedendi et ipe paciebatur
esurie Et parantibus prandiu
ministris cu ipe esset in orone
cecidit sup eu extasis qua
deo opante passus e alie
nacionem mentis ita ut no
uteretur sensibus humanis et
in huiusmodi extasi vidit celu
apertum i aerem et de aere
aperto descendens vas quoddam
velut linteum magnu de

celo submitti in terram in quatuor
lineis vel liciis vel initiis
que littera velorum dicuntur
ab initio similitudini molles
quibus colligantur pueri in
cunabulis facti de stuppa
materia vel de sericis ad opus
nobilium. Videbatur ergo ei vas
illud quod lintheum in quatuor
initiis id est in quatuor cornibus al-
ligatis in aere appensum
et ita dimitti in terram et
in eo esse omnia genera anima-
lium quadrupedia serpentia
terre et cum esuriret facta
est vox ad eum dicens Surge
petre macta et manduca
ac si diceret ei in spiritu transi
ad gentes et occide in eis
vitia et sic eos traice in cor-
pora. Absit inquit domine
quia numquam commune et inmundum
et est ydioma hebreorum
reputantium cibos immundos
quibus communiter utebantur
gentes unde vocabat eos
communes quasi immundos.
Abhorruit ergo petrus quod
dictum est ei manducare quia
ostensa fuerant ei quadru-
pedia et serpentia secundum
legem immunda quia contrarie
videbatur ei uti cibis in
lege prohibitis et maxime
timebat reprehensionem iu-
deorum si uteretur cibis genti-
lium. Et ideo cum ita abhor-
reret facta est vox secundo ad
eum dicens Que deus purifi-
cavit commune non dixeris
quia constat ei separatim fu-
isse de gentibus iudei per
scientiam per fidem purificat. De
qua purificatione instruxerat
petrum vox prima facta ad eum
dicens Occide et manduca. Ita-
que cum ostensa essent ei serpentia
terre constat ea non fuisse a
deo purificata ut alicui sive
iudeo sive gentili ad come-
dendum munda. Hoc autem factum
est ei per ter scilicet vas semel ite-
rato et tertio in terram dimissum
et vox ter audita est propter com-
mendandam veritatem visionis
vel terram ut dicit Ambrosius in tal[?]
tismo fit trina iteratio scilicet
credendi in deum abrenuntiandi
sathane vel baptizandi. Scilicet
trina unctionis in vertice in sca-
pulis in pectore. In baptismo
quoque fit trina immersio post
trina vasis ostensionem raptum
est vas in celum. Et dum intra se
cogitaret petrus quid sibi vellet
hec visio ecce tres viri qui
missi fuerant a cornelio in-
quirentes domum simonis
coriarii steterunt ad ianuam
querentes si symon qui co-
gnominatus est petrus illic ha-
bet hospitium. Et cogitante
petro de visione dixit ei
spiritus Ecce tres viri querunt
te causa tamen quare eum quere-
rent subticuit quia ipse ab
eis postea quesivit quia
ad conservandam humilitatem
aliquando prophetie spiritus ex parte
animum tangit et ex parte
non tangit. Surge inquit
et descende et vade cum eis
nichil dubitans quia ego
misi illos. Descendens autem
petrus dixit ad eos Ecce ego
sum quem queritis. Que causa

est ppr qua uenisti Adque
illi Cornelius centurio
vir religiosus ac timens
deu et testio h habes ab
vniusa genta iudeorum
responsu accepit asspu sco
ut accersiet te in domu
sua z audiet vba ate Et
intrduxit eos in hospiciu
et fuerut cu eo nocte illa
Sequenti aut die pfectus e
cu illis et quida de fribus
qui eu comittati sut aio
pe ut ei testes essent Quo
modo petrus venit ad cor
Altera aut nelium
die scda abegressu
de iopa intrauit
cesaream Cornelius uo
expectabat illu conuocatis
cognatis suis et amicis ne
cessarijs Amici necessarij
dicut qui no deserut ho
miem in articulo necessi
tatis Et cu intrasset petrus
occurit ei petrus cornelius
et pcidens ad pedes eius
adorauit eu ipo gestu
corporis exprimens deuotio
nem mentis petrus uero
eleuauit eu dices Surge
q ego homo su ut tu Et
cu multi adesset cognatisq
z amici conuocati locutus
e eis petrus dices Vos scitis
qua abhominabile e uiro
iudeo accede ad alienige
na sed ondit michi dns
nullum hoiem i mundum
appr qd sine dubitacone
ueni accersitus Interrogo
go ob qua causa accersistis
me Adque cornelius Quarta
die orabam hora ix in domo
mea quasi diceret quarta die
abhinc hora scdm i noua
tione dicrs Prima em die
vidit angelu z misit nuc
cios scda puenerut inmay
i iope tcia pfectus e pe
trus cu eis et illa nocte
remaserut in illa qrta ve
nerut cesaream Et ecce in
quit vir stetit ante me
i veste candida z ait Cor
neli exaudita e oro tua
et eleosine tue adeo accep
te mitte i iope z accersi
symone qui cognomiatur
petrus et stati misi ad te
et tu bn fecisti veniendo
Nuc go nos omes assumus
in cospectu tuo pmpti o
bedire tibi i omibus quecuq
precepta sut tibi a dno Ac
apiens petrus os suu dixit
Veritate inuitate compi qm
no e pronarum acceptor deus
nec distinguit inter iudeos z
gentiles sed in omni gente
qui timet illu z opatur iu
sticia acceptus e illi Vos
scitis qd Iohnes pdicauit
ihm anazareth Scitis etia
qd factu e ubu id e euangely
pdicato per vniusa iudea
incipiens a baptismo Iohis
quo baptisatus e ihus ipse
enim postea quo vnxit eu
dns spu sco z uirtute qui p
transijt bene viuendo faciendo
et sanando omes a diabolo
oppssos Et nos testes sumus

omnia que fecit in regione
iudeorum et quem eum suspenderunt
in ligno et tertia die suscita
tus est a deo / tunc nos testes
sumus qui manducauimus et
bibimus cum illo postquam
resurrexit a mortuis quibus
precepit predicare populo et testi
ficari quia ipse est qui constitutus
est a deo preter iudeos viuorum
et mortuorum quia pater dedit
illi omne iudicium hic nos
soli sed etiam omnes prophete testi
monium perhibent quia omnes
8 per nomen eius remissionem
peccatorum accipiunt qui credunt
in eum Et baptizatur corne
Adhuc loquente lium
petro uerba hec cecidit
spiritus sanctus idem repen
te descendit super omnes qui
audiebant verbum / Notandum quod aut
in igne uel in alia visibili
specie descenderit mentio est
Et obstupuerunt omnes qui
erant cum petro fideles de cir
cumcisione quia etiam in natio
nes id est in gentiles gratia spiritus
sancti effusa est Audiebant autem
illos loquentes linguis et
magnificantes deum Tunc
respondit petrus Numquid
aquam quis prohibere potest ut
non baptizentur hii qui spiritum
sanctum acceperunt / sicut et nos
hoc magis est quia baptizari
in nomine christi subtitentes
formam baptismi a domino tra
ditam predilatatione nominis
christi in quo nomine et intelligitur
ipse qui vnxit et pater a quo
vnctus et spiritus sanctus quo est
inunctus Tunc rogauerunt
eum ut maneret cum illis et
mansit rogatus cum eis
aliquot diebus in quibus primo
creditur usus fuisse cibis genti
lium / Unde postea redargutus
est Et dilatatum est ubique et
delatum usque ad fratres qui erant
in iudea quod gentes receperunt
verbum dei Et hic fuit primus
transitus particularis apostolorum
ad gentes in quo conuersus est
cornelius cum familia sua
Quomodo redargutus est a iudeis
Cum autem hebreis
ascendisset petrus
ierosolymam disce
ptabant aduersus eum fideles
de circumcisione dicentes Quare
introisti ad viros preputium
habentes et manducasti
cum illis quod dicunt iudei esse
contra legem fecisti falsum quia
misisti ad eos et quia cibis
eorum usus es Incipiens
autem petrus exposuit
